

6745




C

96

1670.

3rd

I-10






S. PATRIS

MACARII AEGYPTII

HOMILIAE QVINQVAGINTA:

Interprete Ioanne Pico, in Senatu Parisiensi
classium inquisitoriarum praeside.



Res No
674512

Sancti per fidem circuerunt in melotis, in pellibus caprini, egentes, angustiati afflitti: quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cavernis terrae. Heb. ii.

PARISIIS, M. D. LXII.

Apud Guil. Morelium, in Græcis typographū Regium.

EX PRIVILEGIO REGIS.



P AR priuilege da R oy il est defendu a tous imprimere
& libraires quels qu'ils soyent en ce Royaume, de n'imprimer,
ne faire imprimer aucun des liures qui auroyerent premierement
esté imprimez & mis en lumiere par Guillaume Morel impre-
meur et libraire dudit seigneur es lettres Grecques; ou par luy
notablement corrigez & emendez, en quelque langue que ce
soit : ne si ailleurs estoient imprimez , iceux vendre ne distri-
buer, de cinq ans prochainement suyuants apres ladiete impris-
sion premiere, ou de deux ans apres l'impression desdites liures
corrigez , sur peine de confiscation desdites liures & d'amende
arbitraire, comme appert par les lettres de ce, données à saint
Germain en Laye, l'vnziesme iour de Iuillet mil cinq cens cin-
quante cinq , signées par le Roy. Clause . & sellées du grand
seel du dict seigneur, verifiées & publiées par le preuost de Pa-
ris ou son lieutenant, le vingtneufiesme de Iuillet oudict an.

IOANNES PICVS IN

SENATV PARISIENSI CLAS-
sum inquisitoriarum Praes, p[ro]is omnibus Christi
& Ecclesie sanctae cultoribus, Salutem.



vam antiqua sit & illistris
anachoretarum ac mona-
chorum origo, declarat in
primis beati Ioannis Ba-
ptistae solitaria conuersatio,
quam euangeliorum libro
descriptam habemus : de-
clarant secundo loco moni-
menta, quae nobis reliquerunt apostolorum discipuli,
& coru coen[i] philosophi, cuius generis extitit Philo,
philosophus & orator clarissimus, qui sanctoru Petri
Marcique apostolorum temporibus floruit : declarant
postremo auctores Historiae ecclesiasticae, rerumq[ue]; di-
uinarum doctores & interpres : quos introducere
loquentes malo, quam sermonem meum illis affinge-
n. Quoniam in ea tempora incidimus, quibus omne,
quantumvis verum, oppugnatur : nec creditur a ple-
tisque, nisi quod lubet & arridet. Depromamus er-
go primum quædam ex libro beati Dionysij aposto-
lorum discipuli, de Ecclesiastica hierarchia. H[oc] de τοις
πλευραῖς ἀπασῶν ὑψηλοτέρες Τέξις, ἡ τῶν μοναχῶν ὅσιον
ἰεροῦ ἀλεκόδουπος, πᾶσαν μὲν ἀποκεκαθαρισμένην καὶ διάποτον,
ιερῆν διωρίαν, καὶ παντελῶς τῶν οἰκείων ἀργυράνων ἀγρότη-
ν, πάσους δὲ, ὅσης δεμπτὸν αὐτὴν θεωρεῖν, iερορρίας οὐ νοεῖται

Ca. 6. de
ordinib.
qui ini-
tiantur

» Σεωείαν καὶ κοπωνία γνώμηιερή, καὶ τὰς τῶν ιεραρχῶν
 » λεωποκῆς μεταμετόν εἰγένετο εἰδή, καὶ τὰς οὐδεῖς αὐτούς
 » ἐμάρμψεις καὶ ιεραρχητικὲς τοῦ σεβόστοις ὀκτιδασκαλῆς
 » τὰς ἐποιθετικίστας τῶν κατὰ τὴν ιερῶν πλετῶν θρησκευμάτων
 » καὶ τῷ τοῦ ιερατῶν αὐτῶν ὑπηκόημας αἱ αλογίσεις εἰς πλεονάσμα
 » τὰς τίνας διαγερθῆν πλείωσιν. Εὗται οἱ θεῖοι καθηγηταί
 » ἡμέρων ἐπανυμιῶν αὐτοῖς Ἰησοῦ Χριστῷ, οἱ μὲν θεοπίται,
 » οἱ δὲ μοιαχής ὄνομαστας τες, οἱ τῆς τοῦ θεοῦ καθαρᾶς ὑπηρέται,
 » σίας καὶ θεοπίταις, καὶ τῆς ἀμερείστης καὶ ἐνάγας λαζαρῶν
 » ἐροποίησις αὐτοῖς ἐν ταῖς τῶν θιαρετῶν ἵβαις συμπλέξεις,
 » εἰς θεοειδῆ μονάδα καὶ φιλόθεος πλείωσιν. διὸ καὶ πλεονάσμα
 » τοῦτο αὐτοῖς ἐδιδάσκατο χάρειν οὐ ιερεῖς θεομοθεῖσιν, καὶ τούτοις
 » τοις αὐτοῖς οὐδὲν αἴσιαστον αἴρων ποκῆς ὑπηκούσιας, οὐχὶ ἰδραρχητῶν
 » ἐκείνην γε ὅπλη μούσαις γίγνεται ταῖς ιεραρχητικές θέξεις, αἵ
 » ιερεργητῶν, ταῦτα τῶν ὀστῶν Ἰησοῦ τῇ ιεραρχητικῇ πλεπερικῇ
 » διευτέρως ιερεργυματίνες.

» Μυστήρεοι μοιαχής τελεώσεως.
 » Ο μὲν ιερὸν ἔστικεν ὑπίσχεσις οὐδὲν θυσασκείει, τὸ
 » μοιαχήν ὑπίκεπτον ιερολογῶν· οὐδὲ πλεύρης ἐπιστολῆς
 » ιερέως ἔστικεν, ὅπλη μετωπῶν πίδει καλίνων, οὐχὶ ἐν τῷ ποδίῳ
 » ὃν ὑπίκεφαλῆς ἔχων τὰ θεοτροφέα δέ τε λόγια, μόνον δὲ τῷ ποδὶ^{τοῦ}
 » ρῆ παρεστῶς ιερεογενεῖς πτλῶ ἐπ' αὐτῷ μετονόματον ὑπίκεπτον.
 » Τελέσταις δὲ αὐτῶν οἱ ιερεῖς, ὅπλη τὸν πελεύρην οὕτως, εἰποῦν
 » πᾶς περιστορά αὐτῶν, εἰ πάσις ἀποτάσσεται ταῖς διαφεροῦσιν
 » οὐ μόνον ζωαῖς, αὐτὸν καὶ φαντασίαις. Εἴτα τίνι πλειστοῖς
 » τίνι ἀνταῦ ζωὴν ὑφιγνῖται, μάρτυρες πρέμβος, οὐ ποτὲ τῆς μίας
 » αὐτὸν ὑπέρθυμες τίκνειν. Ταῦτα δὲ πατέσαι τὸ πελεύρην περι
 » στεγῶς ὄμολογούσια τοις, τῷ σταυροειδεῖ πάπα σφεασταμάτης
 » αὐτὸν οἱ ιερὸν, ὑποκείρει, τίνι πελοπὸν τῆς Σταύρου μοκαστοῦ
 » τοῦ ὑπίβασιοῦ ζωόστασιν, Καὶ τίνι ἐστὶ πάσις απαμόνη

τοι, ἐπέραν ἀμφίεντος, οὐ μηδὲ τῶν ἄλλων ἱερῶν διδρῶν ὅστις
 πάρεστι, ἀσπαστὸν διδρός, αἵ τεν κοινούν ἀποτελεῖ τῶν θεοφ-
 ράτων ματηρίων. Τὸν, μικρέστα τοῦ ποδοῦ κλίνει, μικρὸν
 καθαλῆς ἔχει τὸ θεοφράστοντα λόγια, παρεσάγει δὲ τῷ
 ἵερῃ τῷ ὄπικλητῳ ἕρολογοιν π., δηλοῦ τὸν μοναχικὸν τέλον
 ἔν τοι εἴ τοι περιφρικὸν ἐτέρων, δηλοῦ ἐφ' ἑαυτῆς ἐσῶσαι σὺ
 μοναχικὴν ἡγεμόνην τάσσει, ταῦτα ἰεροπικὰς ἐποδέριν ταξίδειαν,
 γένεσις αὐτῷ ὡς ὀπαδὸν ὅπι τὸν θείαν τῷ κατ' αὐτῷ
 ἱερῶν ὄπιστήμενον πειθῶς εἰσαγεμόρισα. Ηδὲ τῶν μεγα-
 λῶν οὐ μόνον ζωῶν, διηγέρει μὲν καὶ Φαντασῶν ἀποταγὴν, τὰ
 πλειστά τῶν ἐμφανῆς τῶν μοναχῶν φιλοσοφίαν, οὐ διπτή-
 μη τῶν ἐνοποιῶν ὄπιολῶν ὄργησιμόρισαν· ἔστι γάρ, ὡς ἐφην, οὐ
 τῆς μίστις τῶν τελεθερών ταξίδεων, δηλοῦτης πασῶν ὑψηλο-
 περιστάσεων· διὸ γένεσις πολλὰ ταφές τῆς μίστις ταξίδεων ἀκατακρί-
 των ἀνεργούμενῶν, ἀπέριτα ταφέόπω παντὶ τοῖς ἐνιαίοις μο-
 ναχοῖς ὡς ταφές τὸ ἐν αὐτῷ ὄφελότων ἐνοποιεῖσθαι, καὶ
 ταφές ἰερῶν μοναχῶν σωμάτεων, οὐ ταφές τὸν ἰεροπικήν,
 ὡς θεοπότον, ἀπομορφώσαντα ζωὴν, ὡς τὸ συγγενές αὐτῆς
 ἐχουσαντὸν πολλοῖς, οὐ μᾶλλον αὐτῇ ταφές τὰς λοιπὰς τῶν
 πλευθερών ταξίδεων πλησιάζεσσα. Ηδὲ τὸν σαυροειδῆς πόπου
 τραχεῖς, ὡς ἵδη πάρ τοι μέσον ἐριπεῖ, δηλοῦ τὸν πασῶν
 ὄμοιο τῶν σδρυκικῶν ὄρεξεων εἰσετεργοποίαν. Ηδὲ τῶν πε-
 χῶν ἀπόφερπες, ἐμφαίνει τὸν κατατεχόντα αὐτούς ποτού
 ζωὴν, τὸν διπλάσιον διῆματον τοῦτον τοιοῦ δυσδέες διπλο-
 πικές καλωπίζουσσες, δηλοῦτης ἐφ' ἑαυτῆς ὃν μιθρωπικοῖς
 καλέστι, δηλοῦ ἐνιαίοις καὶ μοναχοῖς εἰς τὸ θεοειδέστατον αὐτο-
 γερέν. Ηδὲ τῆς ταφέρερες εἰδῆς διπλοβολί, οὐ τῆς ἐπέ-
 ρας λῆψις, τὸν διπλόν μεσοῖς ἰερεῖς ζωῆς διπλό τὸν πελεοπέραν
 μεταπέξιν ἐμφαίνει· καθάπερ δηλοῦτης ἱερεῖς θεογενεσίας,
 ηπῆς εἰδῆς τος ἀμειψίς, εἰδῆς τῆς διπλακαθευρούμενης ζωῆς

4

» εἰς θεωρικήν καὶ στοχικήν ἔξιν αἰσθαγμά. Εἰς δὲ
» ιερὸν τε καὶ πάτερ οὐσία πάρφυτον ἴροι τὸν πεπλεομένον
» ζωτικόν, τὸν ιερεῖν τῶν θεοειδῶν ὄντονται κοινωνίας, ἀρι-
» πκώς ἐν δι' φροσύῃ θείᾳ σωματιδομένων αἰλίλοις. Εἴ τι
» δὲ πάτερ, οἱ ιερὸι εἰς ὅπλα θεαρχικήν κοινωνίαν γενετι-
» πεπλεομένον, ἐμφαγίων ἱβῶς ως οἱ τελεοῦτες, εἰσφάνητο
» ὅπλα τὰ μοναχικὰ ἀφίκοιτο καὶ ἐναίσας αἰσθαγμάτων θεο-
» ρινούς μόνον ἔσται τῶν κατ' αὐτὸν ιερῶν, οὐδὲ καὶ μηδε-
» τέξιν ὅπλα τὴν κοινωνίαν ἔχει τῶν ιερωτάτων συμβολαί, ἀλλὰ
» μὲν Σείας τὸν ὑπὸ αὐτὸς μετεχομένων ιερῶν γνώστας, ἀλλὰ
» ρῷ τε ὄπω, τοῦτο τὸν ιερὸν λαὸν ὅπλα τὰ μετέληπτα
» τῆς θεαρχικῆς κοινωνίας. Quæ sic vertit Perionius, si.
» tuus verò eorum omnium qui initiantur et perfici-
» tur, ordo est sanctorum monachorum: cum et omni-
» piaculo tota vi, omnique actionum suarū sanctissi-
» mia expiatus sit, et omnis mysterij (quod quidem
» fas sit aspicere) spiritualis spectator particepsque sit
» etus, traditusque perficienti pontificum ordini, ac
» uinus corum illustrationibus, pontificisque institutis
» discat sanctorum posteriorum, quæ eum attingunt,
» sacra quæ aspicerit: atque sancta eorundem scientia
» pro modo suo ad summā perfectionem virtutemque
» efferatur. Hinc diuini preceptores nostri sanctis en-
» nominibus appellari voluerunt, alij cultoru, alij mo-
» nachoru: à puro dei famulatu et cultu, individua-
» que ac singulari vita: quippe quæ eos unū faciat sa-
» etus rerum diuiduarum coniunctionibus, ad diuinam
» unionem, deoque gratam perfectionem adipiscendā.
» Itaque perficiendi eis munus sancta lex concessit, &
» gratiaque est eos inuocatione, quæ vim consecrat.

3

habet, non pontificalia quicquid (ea enim est tantum penes
sacerdotum ordines) sed sacerdotali, quae a sanctis sacer-
dotibus secundo a pontificio munere loco adhibetur.

M Y S T E R I V M monasticae consecrationis.

Sacerdos quidem stat ante diuinum altare, preca-
tionem, quae monachos attingit, recitans ac pronun-
cians: is autem qui consecratur & iniciatur, stat post
sacerdotem, nec utrumque genu flectit, nec alterum, nec
caput habet suppositum diuinis libris, sed tantum pra-
esto est sacerdoti, qui mysticam precationem in ipso reci-
tat. Sacerdos vero ea perfecta, cum ad eum qui initia-
tur venit, illum rogat primum, num remittat nuncium
non solum diuiduis distinctisque viis, verum etiam vi-
sionibus: deinde perfectissimam ei vitam exponit, hoc
pro testimonio dicens, cum medium vitam superare
ac transilire oportere. Quae ubi omnia is qui initia-
tur, cotinenter professus est se esse facturum, sacerdos
signo crucis eum consignatum tondet, appellans tres per-
sonas Diuinæ beatitudinis: omnique ueste detracta, eum
alia induit, & cum aliis sanctis viris qui adsunt, cum
cum salutauit, participem facit diuinorum mysteriorum.

C O N T E M P L A T I O .

Quod neutrum genu flectit, neque habet caput di-
uinis libris subiectum, praestoque est sacerdoti preca-
tionem recitanti, declarat, monachorum ordinis non
esse, alios deducere, sed in se ac perse persistare in singu-
lari sanctoque statu, sacerdotum ordines affectatem,
& ab eis ad diuinam sacrorum quae illum attingunt
scientiam facile traduci. Diuisarum autem diuersa-
rumque non solum vitarum, sed etiam visionum, ut ita-

6

„ dicam, ab renuntiatio , perfectissimam monachorum
„ philosophia significat, quæ in præceptorum, que non
„ faciunt, scientia vim & efficacitatem habet. Etenim
„ (ut dixi) non medijs eorum qui initiantur ordinis, sed
„ summi omnium. Itaque multa eorum quæ impunè at
„ sine improbatione à medio ordine geruntur, omni ru-
„ tione singularibus monachis interdicta sunt: quippe
„ qui cum uno coniungi debeant, et cum sacramenta
„ de colligi, atque ad sacerdotum vitam (quatum licet)
„ formari: quod ei ordini in multis ordo ille similes, si
„ et unus ex omnibus ordinibus eorum qui initiantur
„ ad eum proximè accedat. Signum vero figure crucis
„ (ut iam à nobis dictum est) declarat vniuersarum al-
„ corpus pertinentium cupiditatū priuationem. Capil-
„ lus autem tonsus, puram nullaque figura fucatam vi-
„ tam indicat: quæ non fictam figurarum aut colorum
„ inductione deformitatem metis ornet, sed per se ipsas
„ non humana pulchritudine, verum singulari et in-
„ ca ad diuinam excitet. Prioris vero vestis detractio,
„ & alterius inductio, significat à media sancta vita al-
„ perfectionem traductionem: quemadmodum in ons-
„ à deo siue baptismo, vestis viciſſitudinem ac muta-
„ nem à vita quæ expiabatur, ad cōtemplationis sapi-
„ tiæque statum & habitum migrationem significat
„ dicebamus. Quod si nūc etiam & sacerdos & omnes
„ sancti qui intersunt, cum qui initiatus est, consalutari
„ intellige sanctam eorum qui diuinitatem imitantur,
„ societatem, amanter cum diuina lætitia inter se gra-
„ lantium. Postremò sacerdos ad diuinam cōmunionem
„ inuitat cum qui initiatus est, sancte indicans illū.

7

„ consecratus est : si vero ad monachorum institutum,
„ quod singulare est, peruererit, non solùm spectatorem
„ sacrorum que ei permisſa sunt, fore, nec ritu medijs or-
„ dinis in sanctissimorum sacramentorum societate cō-
„ munionemque venturū, sed cum diuina eorum sacro-
„ rum quæ percepit, cognitione, alio quām sanctus po-
„ pulus modo venturum esse ad diuinæ societatis ade-
„ ptionem & perceptionem. Philo vero de eorundem
„ ortu scripsit hunc in modum, postquam de Essæis dis-
„ seruimus, qui vitam actiua exercent, omnibus, aut
„ (quod minus intuidiosum dictu est) plerisque felicius
„ ordo postular, ut deinceps dicamus quæ dicenda sunt
„ de contemplationi deditis. Non debet enim huiusmo-
„ di virorum virtus eximia causam præbere silentiis his
„ qui nihil honestum putat tacendum dissimulandum-
„ que. Institutum autem huius philosophie mox appa-
„ ret ex ipsis appellationibus. vocatur enim therapeu-
„ tæ, therapeutridésque, hoc est curatores & curatrices,
„ sine cultores & cultrices, vero nomine: vel quia profi-
„ tentur medicinam præstantiorem ista vulgata per om-
„ nia oppida. hec enim medetur solis corporibus: illa,
„ & animas liberat morbis grauibus & aduersus me-
„ delas contumacibus, quos inflixerunt voluptates, con-
„ cupiscētæ, dolores, timores, auaritiae, insipientiae, in-
„ iustitiae, & ceteræ perturbationes, & vitiorum agmen
„ innumerabile: vel quia didicerunt à natura & è sa-
„ cris legibus colere illud Ens & bono melius, & uno
„ sincerius, & unitate in generando antiquius, atque,
„ ut ita dicam, principalius. Horum pietati quos tan-
„ dem merito comparabimus? Et paucis interieclis, A.

Liber de
vita cō-
templati
ua siue
suppli-
cū vir-
tutibus.

illud hominum genus therapeuticum semper in dini-
 nitate contemplationis proficiet, etiam sole hoc sensibi-
 li præterito: nec vñquā suum ordinem deseret tenden-
 tem ad felicitatem perfectissimam. Huic vitæ institu-
 to qui se addicunt, non ex more, aut rogati id faciunt,
 sed amore correpti rerum cælestium, & quasi diuino
 furore perciti, donec ad contemplationem illam desi-
 deratissimā perueniant. Deinde præ immortalis bea-
 tæque vitæ cupidine, quasi iam hac mortali defuncti,
Votum
pauper-
satis.
 facultates suas relinquunt liberis aut cognatis, vñtrō
 eis possessione cedendo: atque etiam sociis aut amicis, si
 cognati desint. Oportet enim, ut qui perspicaces diu-
 tias adeptus est, cæcas illas relinquat mentibus cecu-
 tientibus. Nec multo pòst, Relictus igitur facultatibus
 & auocamentis omnibus, fugiunt, nulla habita ra-
 tione fratrum, liberorum, parentum, vxorūque: &
 deserūt numerosas cognationes, societas, amicitias,
 ipsas denique patrias, in quibus geniti educatique
 sunt. Quandoquidem consuetudo magnum momentū
 habet ad allectandos animos. Demigrant autem non
 in aliam ciuitatem, sicut serui qui se vendi aliis heru-
 impetrant, miseri: ut qui seruitutem mutant, non effu-
 giūt. Quævis enim ciuitas vel optimis ornata legibus,
 plena est tumultu plurimo, quem nemo sapientiæ.
 Etator sustineat: sed extra mœnia degunt in horis aut
 villis solitariis, amantes solitudinem, non hominum
 odio, sed ad cauendos congressus cù dissimilibus, quos
 sciunt bonis moribus officere. Hoc genus reperitur in
 multis orbis regionibus, merito, ut absoluta probita-
 tis, receptum à Græcis atque Barbaris. Maximè tamē

„ in Aegypto frequētatur per præfecturas singulas, præ-
 „ fertim circum Alexandriam. Ex omnibus autem locis
 „ optimus quisque therapeutarum, tanquam in huius
 „ generis patriam, colonus mittitur in locum quendam
 „ aptissimum, situm ad stagnum Mariam, in terreno col-
 „ le, acclivi leuiter, tutum simul ab aëris temperie. Secu-
 „ ritatem enim ei præstant villæ vicique proximi: aë-
 „ rem verò temperat emissarium stagni exonerantis se
 „ in mare, & auræ nunquam non ex alio aspirantes te-
 „ nuiter, sicut crassiores feruntur è stagno: quibus per-
 „ mixtus temperamentum existit saluberrimum. Domi-
 „ cilia verò conuenarū sunt admodum frugalia, para-
 „ ta cōtra æstum tantummodo & frigora: nō contigua,
 „ vt in urbibus, (non enim placet id amantibus solitu-
 „ dinem) nec tamen longè remota: quia societatem dili-
 „ gunt, vt sibi possint inuicem succurrere aduersus la-
 „ tronum incursus fortuitos. Singuli autem habent sa-
 „ cras ædicularas, quæ œuvre vocat siue monasteria: vbi
 „ solitarij sanctæ vitæ mysteriis dant operam. Nec cibi
 „ potūs ve quicquam eò inferunt, aliud ve in r̄sum cor-
 „ poris, sed legem tantum & prophetarum oracula di-
 „ uinitus prodita, hymnōsque, & quædam alia pietati
 „ scientiæque promouēdæ utilia. Itaque perpetuam ha-
 „ bent dei memoriam, vt ne in somnis quidem aliud eis
 „ obuersetur, quam imagines diuinarum pulchritudi-
 „ num. Et sunt in his qui somniando produnt præclaras
 „ sacre philosophiæ sententias. Quotidie bis precari so-
 „ lent, mane, ac sub vesperam: oriente sole petentes diem
 „ verè felicem, vtque mentes eorum cælesti repleantur
 „ lumine: occidente verò, vt anima in totum exonerata

10.
» sensibus, moleque rerum sensibilium, veritatem vesti-
» get in consistorio domestico. Mediū vero matutini re-
» spertinique temporis interstitium, totum meditationi
» tribuitur. Versantes enim sacra volumina, dant operā
» philosophiae per manus acceptae a maioribus, scrutan-
» do eius allegorias, quoniam sub apertis verbis laten-
» credunt secreta naturae cōiecturis explicanda proba-
» bilibus. Habent etiam prisorum commentarios, qui
» huius secte auctores multa monumenta reliquerunt
» de allegoriis eiusmodi: ad quorum imitationem posse-
» ri se accommodant. Itaque non solum contemplantur,
» sed etiam cantica hymnōsque in dei laudem compon-
» nunt, vario metrorū carminūque genere, rhythmis
» cōcinnatos in angustiore ac religiosam specie. Per sex
» dies seorsum quisque in suis illis modò dictis monaste-
» riis philosophantur, non progredientes foras, imone-
» prospiciētes quidem. Septima vero conueniunt in ca-
» tum communem, & iuxta etatis ordinem confidunt
» decenti habitu, manus continent sub pallio: dextrā,
» inter pectus barbamque, sinistram applicant lateri.
» Tum progressus in mediū natu maximus, & dogma-
» tun eius secte peritisimus, differit vultu ad grauita-
» tem composto, voce moderata, non sine magna pru-
» dentia: secus quam oratores aut etatis nostrae sophiste-
» ostentatores eloquētiae: ut cui magis cordi sunt exqui-
» sitae sentētiae, diligēnsque & accurata harum enarrā-
» tio: que non summis insidat auribus, sed per auditum
» penetrat in animū, ibique firmiter inh. erat. Reliqui
» omnes auscultant per summum silentium, annutantes
» oculis tantum ait capite. Id cōmune erat in quod

„septimo die conueniunt, septo clauditur duplice, sepa-
„ratis virorum & mulierum cætibus. Nam mulieres
„quoque auscultant ex more, duntaxat quæ institutum
„idem sectatur. Medius autem paries à solo surgit tri-
„bus quatuorve cubitis, in modum loriculae: superiora
„usque ad tectum patent. Vnde gemina prouenit cōmo-
„ditas, & quod pudori fæminei sexus consulitur, &
„quod verba doctoris exaudiuntur facile, absque obsta-
„culis, quæ vocem intercipiant. Temperantia tanquam
„fundamento in anima iacto, virtutes cæteras super-
„strunt. Nec cibum nec potum quisquam sumit ante so-
„lis occasum: quod sapientia studium luci conuenire iu-
„dicent, tenebris vero curam corporis. Ideo totos dies
„alteri, alteri vero exigua noctis partem tribuunt. Nō-
„nulli ex his vix tertio quoque die famem sentiunt, at-
„tentati magis ad disciplinarum scientiæ. Nec desunt, qui
„pralaute accepti epulo sapientia copiosè præbentis
„sua placita, perdurant duplum eius temporis, & vix
„sexta die degustant cibum necessarium, assueti, sicut
„cicadæ rore viuere, canticis, opinor, solantes inediām.
„Septimum vero diem, ut festum sacratumque, honore
„dignantur eximio: quo post curam animi corpus quo-
„que reficiunt, sicut iumento relaxantes laborem conti-
„nuum. In cibatu vivuntur pane simplici: sal vicem sup-
„plet obsonij: qui delicatores sunt, hyssopum pro con-
„dimento adiiciunt. Potum è fluentis hanziunt, conten-
„ti placare dominas à natura mortalibus additas, fa-
„mem sitimque, absque omnibus lenociniis, fruēdo re-
„bus sine quibus non licet viuere. Edunt igitur, ne esu-
„riant: bibūt, ne sitiant, saturitatem cauedo, ut inimi-

» *cam animo pariter ac corpori.* Et quoniam tegminis
 » quoque duæ sunt species, vestis, tectumque de adibus
 » iam dixi, esse incultas & extemporaneas, factas ad
 » præsentem usum tantummodo. In ueste autem eadem
 » apparet simplicitas, ad arcendos calores & frigora,
 » pro pelliceis crassa tunica in hyeme, & late verò exo-
 » mis aut interula linea. In vniuersum enim exercet mo-
 » destiā, ut fontem veritatis: sicut è fastu mendaciū pro-
 » gnatum autumant. Profluunt enim è mēdacio varie
 » malorum species: contrà, ex veritate, omnium felici-
 » tatū humanarū diuinarū inque copia. Deinde quibus-
 » dam interiectis, hec ait, Vbi verò conuenere cādidati
 » & lāti cum summa grauitate, ad signū datum à quo-
 » piā ephemereuta (sic huiusmodi ministros nominat)
 » priusquam discumbāt, stantes vna serie decenter, sub-
 » latisque ad cēlū manibus atque oculis: his, quoniam
 » didicerunt spectare cælestia: illis, vt pote incorrupti à
 » muneribus & quæstu illico, precantur, ut deo pla-
 » ceat id cōuiuum. Absolutis precibus seniores discum-
 » bunt, ac mox alijs pro cuiusque dignitate. Nec enim se-
 » niores ex annis cestimant: sed quantumvis granduos
 » habent pro pueris, si serò institutū hoc complexi sunt:
 » honorem verò senectutis tribuunt his qui exercuerunt
 » se à iuuentute in hac pulcherrima diuinaque parte
 Virgini, contemplatiæ philosophiæ. Adhibentur mensæ fœmi-
 tatis & ne quoque, anus pler. eq;, sed virgines, non coactæ ca-
 cōtinens, stitatis, sicut apud Græcos quædā sacrificulæ: sed spon-
 tie vō- te continētes præ amore sapientiæ, cuius studio per to-
 tum. tam vitam contempserunt voluptates corporis: nimi-
 rum diuinæ, nō mortalis, prolis cupidæ: quam sole deo-

charæ animæ ex seipſis pariunt, excipientes pro ſe-
 mine intelligibiles patrus radios, vt decreta ſapientiæ
 cōtemplando percipere valeant. Discubitus ita diſtri-
 buitur, vt ſeorsum viri dextrum latus, ſeorsum fomi-
 næ finitrum teneant. Quod si quis ſuſpicatur leclifer
 nia, et ſi non ſumptuosa, certè molliuscula parari ho-
 minibus ingenuis & philoſophiæ deditis, ſciat eſſe te-
 getes rudes è vili contextas materia, videlicet è papy-
 ro indigena, ſic humi aggeſtas, vt eminēdo fulciat cu-
 bitos. Remittunt enim paululū illā Laconicam diſci-
 plinæ duritiam, ſemper & ubique probantes libera-
 lem frugalitatem, totis viribus auerſando voluptatis
 illecebras. Et paulò pōt, vīnum per illos dies nō præ-
 betur, ſed aqua limpidiſſima, ceteris frigida, calida
 verò his qui inter ſeniores tractantur delicatius. Mē-
 ſa pura eſt à cruentis dapibus: pro cibo panis apponi-
 tur, ſal pro obſonio, & pro condimento hyſſopus in
 delicatorum gratiā. Operantur enim vt ſacerdotes fa-
 cris abſtemiis, tota victus ratione caſtilata ad eadēm
 frugalitatem. Nam vīnum habent pro veneno afferē-
 te dementiam: opiparis autem opſoniis, aiunt irritari
 concupiſcētiā, beluā infaturabilem. Hæc ſunt exor-
 dia conuiuū. Et poſt pauca ſubditur, Enarrationes au-
 tem ſacrarum literarum conſtant ex allegoriis. Nam
 hi viri totā legem existimant habere animalis ſimi-
 litudinē: q̄ præcepta corpus referant, anima verò ſen-
 tentiæ retruſiores ſub velamine verborum abditæ. In
 quibus rationalis anima egregiè ſeipſam contēplatur
 tanquā in ſpeculo, ſub his ipſis verbis mirā ſententia-
 rum pulchritudinem conficiens, & explicans eſt figu-

» rarum in uolucris, atque ita penitior em intellectum in
 » lucem producens, duntaxat apud eos qui per occasio-
 » nem admoniti sciunt obscura ex apertis colligere. Vbi
 » verò præses visus est rem bene tractando, satisfecis-
 » se auditorum desiderio, plausus propalam editur
 » ab omnibus. Tum ille assurgens, hymnum in laudem
 » dei primus canit, aut recens à se compositum, aut de-
 » sumptum ab aliquo variū veterum. Extat enim huius
 » generis carmina prisca, versu trimetro, & hymnicum
 » suis accentibus inter sacra canendi ante altaria, velà
 » stantibus, vel à choreas ducentibus moderatas varii
 » flexibus atque reflexibus. Træstulem mox imitantur
 » cæteri decenti ordine, omnibus intentè quieteque au-
 » scultantibus, præterquam in fine hymni extremaque
 » clausula. Tūc enim vniuersi vocē extollunt, sine sexus
 » discrimine. Ista sunt Philonis verba: quæ quantum ad
 religionē Christianā & ecclesiasticū ordinem faciant,
 liquido declarat Eusebius Casariensis, historiæ eccl-
 esiaстicæ libro secundo. Qui quidē horum regemutū
 ducē affirmat esse beatū Marcum apostolum & euā-
 gelistā, primum Alexandriæ episcopum: Philonēque
 ecclesiasticæ institutionis initia & originē apostolica
 atque etiam euangelicæ traditionis eidem Supplicum
 » libro intexuisse, sic scribes, Marcū hunc primum aīū

Cap. 16. » ad Ægyptū missum, euangeliū illuc, quod & conscri-
 lib. 2. » pserat, prædicasse: primumque ecclesias Alexandriae
 » cōstituisse. Tanta autē ibi credentiuū virorum ac mu-
 » lierū multitudo prima accessione per exercituū philo-
 » sophicum admodum ac diligētissimum collecta est, n-
 » exercitia eorū, cōuentus, symposia, & vniuersam re-
 liquam

liquam vitæ cōuersationem, Philo literis mandare di-
 gnatus sit. Fertur etiā hic Philo Romæ sub Claudio ad
 colloquium Petri Romanis tum prædicantis, venisse.
 Neque hoc vero dissimile est. Cōmentarius enim ille,
 quæ tandem ab eo posterioribus tēporibus elaboratū
 esse dicimus, Ecclesiæ canones, qui ad hæc nostra usq;
 tēpora seruātur, manifestè continet. Imò, quoniam vi-
 tā etiā religiosorū nostrorū, quām fieri potuit accura-
 tissimè descripsit, satis manifestū relinquitur, nō modò
 vidisse eum viros illos apostolicos sui temporis ex He-
 braeu, ut vero simile est, profectos, ob eāmque causam
 priscorum ritum adhuc more Iudeorum obseruātes,
 sed & probasse, diuinosq; & honestos iudicasse. Cum Cap. 17.
 primus & hoc liquet, quod nihil ultra veritatē aliun-
 de aut ex seipso his quæ scribere conatus fuit, adiicere
 volens, in eo libro, quem de vita contemplativa, aut
 de Precentibus, inscripsit, cultores eos, & mulieres
 quæ cum eis erāt cultrices vocari dixerit, causāmque
 appellationis huius adiecerit, aut quod animos acce-
 dentium à passionibus malitiæ, instar medicorum, li-
 berantes curauerint ac sanauerint: vel quod cælestē
 numen mūdo cultu syncerāq; religionē venerati sint.
 Siue igitur hanc illis appellationem de suo ob prædi-
 cias causas imposuit, noménque virorū istorum pro-
 priè hoc pacto descripsit: siue statim initio verè sic vo-
 cati sint, cùm Christianū nomen haudquam dum
 quous loco celebraretur, non est necesse ut contendā-
 mus. Hoc tamen cum primis testatur, quod facultati- Votum
 bus suis renunciarint, ac bonis ad se pertinentibus ces pauper-
 fiant hi qui philosophari cōpissent: deinde & à cun- tatis.

16

„ Elis vita huius curis abstinuerint: reliquiisque muris
„ in agris hortis solitariè conuersati sint: certò scientes
„ consortia eorum qui disparem sequebantur vivendi
„ rationem, inutilia, & noxia esse illis qui tum tempo-
„ ris hoc, ut par erat, agebant, ut alacriter feruentique fide-
„ eos imitarentur, qui propheticam vitam dacebant.

A&t. 4. g., Etenim & in A&tis apostolorū, de quibus nihil est du-
„ bijs, hoc memoratur, quod omnes apostolorum disci-
„ pi possētiones ac facultates suas diuēditas, cunctis dis-
„ tribuerint, iuxta quod cuiusvis exigebat necessitas,
„ ita ut nemo prorsus inter eos egeret. Quotquot enim
„ sicut ipsa verba habent, possessores erant agrorū aut
„ ædium, vendiderunt, ac preciūm distractorum bono-
„ rum adferentes, ad pedes apostolorum ponebant, ad
„ hoc, ut singulis, secundum cuiusvis necessitatē expē-
„ deretur. Consimilia istū prædictus Philo testificatus,
„ ad verbum subiicit, dicens, Est autem in multis quidē
„ terrarum locus hoc genus hominum. (opostebat enim
„ perfecti boni participes fieri, tam Græcos quam Bar-
„ baros) verū in Ægypto in singulis præfecturis, sicu-
„ ri vocant, abundat: & maxime circa Alexandriam.
„ Vndique autē optimus quisque velut in patriam, ita
„ in cultorum coloniam ad commōdissimum locum, qui
„ lacui Mariae in tumulo submissiore adiacet, admodū
„ opportunē propter securitatem aëris, que temperiē se-
„ recipit. Deinde & habitationes eorū, quales illa fue-
„ rint, describens, de Ecclesiis eius regionis hac dicit, in
„ singulis autem sacrum domicilium est, quod & purē
„ & monasteriorū vocatur: in quo manentes, honestā ac
„ sanctā vitā mysteria celebrant, nihil illo inferentes,

» nec potum, nec cibum, neque aliud quicquam eorum
 » que ad corporis sunt sustentationem necessaria, sed le-
 » ges, et oracula prophetarum, et hymnos ac reliqua
 » huiusmodi, quibus scientia et pietas augescunt et co-
 » summantur. Et aliquanto post dicit, Totum autem illud
 » temporis spacium, quod a diluculo est usque ad vespe-
 » ram, in exercitium illius insumitur. Sacras quippe scri-
 » pturas legentes philosophantur, ac patriam philoso-
 » phiam allegoricè tractant. Etenim putat ea quae in ma-
 » nifesta sunt scripturarum expositione quædam esse absco-
 » ditæ naturæ symbola per figuræ significata. Habet et
 » commentarios priscorum virorum, qui cum hereseos
 » ipsorum duces essent, multa in forma rerum allegori-
 » cæ traditarum post se monumenta reliquerunt: quibus
 » tanquam archetypis usi propositi illorum imitantur ra-
 » tionem. Haec igitur ita videntur ab hoc viro dicta, ve-
 » appareat illum eorum fuisse auditorem, qui sacras scri-
 » pturas exposuerunt. Vero simile autem est, commen-
 » tarios illos priscorum virorum, quos apud eos fuisse
 » dicit, esse euangelia, et apostolorum scripta, et quaf-
 » dam antiquorum prophetarum expositiones, quales
 » cum ea quae ad Hebreos est, tum aliae plures episto-
 » lae pauli continent. Denique et de eo quod de novo
 » psalmos composuerint, ad hunc modum scribit: Itaque
 » non modo diuina contemplantur, sed et cantica et
 » hymnos ad deum sacratoriis omnis generis metro-
 » rum et carminum rhythmus grauiter construunt. Et
 » alia quidem multa de illis quorum hic mentionem fa-
 » cimus, in eo libro differit. Verum illa visa sunt nece-
 » sario diligenda, per quae certas ecclesiastice conuersa-

28.

» tionis notas posuit. Quod si cuiuspiam ea que dicta sunt,
» non propriè ad euangelicā pertinere politiam, sed &
» alii præter dictos cultores adaptari posse videntur,
» credat saltem his illius verbis quæ subiiciemus: ex
» quibus indubitatū, si æquo sit animo, hac de re testi-
» monium reportabit. sic enim scribit, Continentiam
Votūca-
stitatus. » autem primū, tanquam fundamentum quoddam
» in anima collocant, deinde & alias virtutes super-
» struunt. Cibum aut potum nemo illorum ante solu-
» occasum usurpat. Etenim philosophia studium lu-
» ce, corporis verò necessitates tenebris dignas esse in-
» dicant: unde & diem illi, istis verò modicam noctis
» partem tribuunt. Nonnulli ex eis toto triduo cibi non
» recordātur: quibus maius scientia quam cibi deside-
» rium infedit. Nonnulli ita lētantur ac delectantur sa-
» pientia pasci, quæ dogmata opulentè & abunde sub-
» ministrat, ut duplicato temporis spacio abstineat, ac
» vix per sex dies necessario cibo gustantes vescantur.
» Hæc Philonis verba clare & absqueulla contradic-
» tione de nostris esse dicta putamus. Si vero adhuc
» quisquam obfirmatè contradixerit, vel sic sibi per-
» suaderi sinat, ut clarioribus demonstrationibus cre-
» dat, quæ nō apud alios quosdam, nisi solam Christia-
» norum secundum euangelium religionem inuenire li-
Votūvir, » cert. Dicit enim, Apud eos, de quibus loquitur, mul-
ginitatis » res quoque réperiri, quarum pleraque grādaua vir-
» gines, casilitatem non necessitate, sicut quædam sacer-
» dotes apud gentes, magis quam sponte sua propter ze-
» lum ac desiderium sapientiae custodian: cuius com-
» mercium studiosè colentes corporum voluptates im-

12

„ mortalium liberorum, quos solus amans dei animus
„ ex se gignere potest, non mortalium cupidæ aspernentur. Deinde subsecutus clarius ista exponit, Interpretationes autem (inquit) sanctorum scripturarū allegoricæ illis ac figuratæ sunt. Videtur enim virus istis universa legis scriptura animanti similis esse: ita ut superficies verborū corporis: sensus verò in verbis reconditus, animæ sit loco: quem ipsorum religio præcipue, quasi per speculum nominum, eximiam sententiarum pulchritudinem relucentē obseruans, cōtemplicari cœpit. Quid opus est istis adiicere, quomodo in unum congregati, separatimque viri, ac separatim mulieres conuersati sint, & quæ illis exercitia in cōsueto fuerint: quæ etiamnū apud nos durant, & præcipue circa salutaris passionis festū diem, in ieuniis & vigiliis nocturnis diuinorūmque sermonū lectio ne exercere consueuimus? Quæ vir prædictus eodem modo quo apud nos solos hactenus sunt seruata, diligenter annotauit, & commentarius suis inseruit, præsertim nocturnas magni Festi vigilias, & horū exercitia, cum hymnis qui apud nos dici solent describēs: & quomodo uno cum rhythmo psallēte, reliqui cum silentio auscultantes extremam hymnorū partem vñā cum illo concinendo terminent: quomodo etiam predictus diebus humi in stragulis iacentes, vnum in vniuersum, sicut ipsis verbis scripsit: & de animantibus ne gustant quidem, sed sola illis aqua potum prebeat, & obsonium sit panus cum sale & hyssopo. præterea scribit, quo pacto præsideant inter eos ij quibus ecclesiastica cōmissa sunt ministeria, diaconatus etiā,

» Et que supra cunctos eminent episcopatus presiden-
 » ti.e. Quod si cui desiderium inerit ista exacte cognos-
 » scendi, discat ea ex dicta iam viri huius historia.
 Quod igitur Philo illic de primis euangelicae doctrinae
 praæconibus, et ritibus olim ab apostolis traditis
 differens ista scripsiterit, cuius manifestum est. sin-
 gulares anachoretarum vidas summae auctoritatis in
 ecclesia viri scripserunt: D. Athanasius Alexandrine
 urbis episcopus, ac Dorotheus vitam Antonij Magni,
 quam postea Latino sermoni tradidit Euagrius: D.
 Hieronymus, Pauli heremita, Hilarionis atque Mal-
 chi captiui monachi: Reliquorū autem monachorum
 vitas prosecuti sunt Theodoretus ac Palladius insti-
 voluminibus, quæ Latina nuper prodierunt in lucem
 opera Gentiani Herueti, viri de Christiana rep. bene-
 meriti. Istorum porrò colloquia si quis desideret, legat
 Caßianum. At cum huiusmodi homines per desertia
 resperferi, vitamque solitariam agentes, sibi duntaxat
 prodeesse viderentur, et religionem Christianam pa-
 rum promouere, Basilius Magnus Cæsareæ Cappado-
 ciæ episcopus, ut ait Nazianzenus in vita Basilij,
 duxit eos ad ciuitates et oppida: ut ab his populus
 deo gratam viuendi rationem ac cultum diuinū edi-
Ex Mo- sceret. Itaque Gregorij Nazianzeni verba subincen-
 nodia non pœnitēbit: ut autem (ait) non solum sibi, sed et
 Greg. alius quoque proficeret, primus cœnobia excogitauit,
 Nazian. ritumque illum monachorum antiquum atque ag-
 zenzi in stem ad ordinem quendam formulāmq; religioni pro-
 vitâ Ba piorem reduxit. Cum enim animaduertisset, eos qui
 filij. in cōmuni vita, hoc est, inter alios mixtum agunt, me

nastica licet abstinentiam seruēt, alijs quidem vtiles,
 sibi verò nequaquam existere, cùm in multis eos necesse
 sit versari malis, quæ vitæ quietæ ac planè perfectæ
 contraria videntur: eos verò qui in solitudine procul
 ab aliis agunt, firmiores sanè proposito, magisque deo
 coniunctos quam supra dictos, vident attamen sibi tā-
 tum vtiles, cùm rerum experientiam nequaquam te-
 neant, nec cum aliis cōmercium ullum habeat: utrun-
 que vitæ genus coniungere conatus est. Quamobrem
 monachorum cœnobia haud procul ab iis qui in ho-
 minū societate viuunt, edificari iusit, nec omnino se-
 parauit: ut & propinquitate, cū opus charitatis ex-
 posceret, adesse valeret, disiti alioqui propriis termi-
 nis: ne quies eorū aut pax interrumpi per multitudi-
 nem possit: nec ipsi monachi actionis merito, quod ex
 impendenda aliis pietate esset, priuaretur: neque run-
 sus eorum actio per tumultus inutilis efficeretur: &
 alter alterum hoc modo iuuare posset, & monachorū
 vita per conuersationem eorum qui in cōmuni agunt,
 pia fieret: & ipsi ex monachis quietem, cōstantiam, sa-
 pientiam, contemplationem ediscerent: quemadmo lū-
 tellus ac pontus inuicem se iuuant ac suscipiunt. Hos
 ergo ubi coëgisset Basilius in urbes, ac è monachis &
 anachoretis cœnobitas effecisset, viuendi regulā euā-
 gelio consentaneam illis conscripsit, quam & in pre-
 cis habemus, & totius Græciae monachi hactenus ob-
 servarūt atque reueriti sunt: quemadmodum & La-
 tinis sumptam inde regulā beatorum Hieronymi, Au-
 gustini, Benedicti, Dominici, Frācisci, Bernardi, ac re-
 liquorum. Ceterū ne variis allegationibus obruen-

tes lectoris animum, epistolæ modum excedamus, in-
 Pallad. stituique nostri videamur obliti, duos fuisse Maca-
 cap. 19. rios testantur Palladius ac Nicephorus: Alterum Ale-
 & 20. in xādrinum genere, qui, licet iunior, in iis quæ sunt mo-
 historia nachorum præcipua, primas obtinebat. Alterum Egy-
 patrum. ptium, ætate grandiore, qui has ipsas Grecè scripsit
 Niceph. Homilias, quas in Latinum sermonem translatis.
 lib. 9. hi- Hic nonaginta vixit annos integros, quorum sexagen-
 sto. Eccl. ta transigit in solitudine. Itaque natus annos trigin-
 cap. 14. ta, & in iuuenili constitutus ætate, tam toleranter im-
 lit labores exercitationis totum decennium, ut magna
 quadā & insigni dignus haberetur distinctione, adeò
 ut vocaretur πατέρα επόπων, id est, in puerili ætate se-
 nex: quoniam citius quam pro ætate profecerat vir-
 tutibus. Quadrageinta annos natus potestatem acce-
 pit aduersus demonas, gratiam item curandi, spiri-
 tūmque prædicendi futura. Dignus quoque est habi-
 tus honorando sacerdotio. Habitavunt cum eo duodi-
 scipuli in intima solitudine, quæ vocatur Scete. Quo-
 rum unus quidem, velut minister, illi semper aside-
 bat, eorum gratia qui veniebant curādi. Alter auten
 seorsum secedebat in cellam. Procedente verò tempo-
 re cum sanctus perspicaci oculo præuidisset, dixit mi-
 nistro suo nomine Ioanni, qui postea factus presbyter
 suffectus est in locum Macarij: Audi me frater Ioānes
 meāmque fer aequo animo admonitionem, tibi valde
 profuturam. Tentaris enim, inquit, & te tentat spiri-
 tus auaritiae, sic enim perspectum habeo. Scio tamen
 si meam benignè tuleris adhortationem, te perfectum
 fore in dei timore atque eius opere, laudaberisque

» flagellum nō appropinquabit tabernaculo tuo. Quod
 » si non audieris, in te venient, quæ Giezi tandem acci-
 » derunt, cuius vitio laboras. Contigit porro, ut defun-
 » cto Macario non paruerit, sed ei qui propter avaritiā
 alliganit Iude laqueū. Elapsis itaque quindecim aut
 vinginti annis, cùm bona pauperum usurpasset, tam
 graui laborauit elephantia, ut in toto eius corpore
 non inueniretur integer locus, in quo quis digitum fi-
 gere posset. Hæc fuit Macarij prophetia. Ferebatur hic
 sanctus pati continentem ecstasim, sèpiusque vel cum
 deo, vel in rebus versari cælestibus. Fama etiam cō-
 stans erat, in solitudine illum suscitasse mortuum, ut
 persuaderet cuidam hæretico negati resurrectionem.
 Reliqua quæ diuino beneficio gesta sunt ab eo, peten-
 da sunt è Palladio. Spiritus igitur diuinus, qui rige-
 bat in Macario nostro, nō potuit ociosus esse, quin per
 eum fructum aliquem ederet: effecitque, ut qui cōso-
 dalibus duntaxat monachis exemplo proderat, scri-
 ptis ad posteros trāmissis, omnibus prodeisset. E quib[us]
 quinquaginta solum Homiliae Græcè scriptas ac-
 cepimus è bibliotheca Regia. Quas, cùm legētes ani-
 madueriteremus nō tantum monachis & religionem
 (quod aiunt) profitentibus, sed cuicunque Christiano
 lectori profuturas, tum quod afflictum ac mœrentem
 valde solantur animū, eumque à nugis futilibus hu-
 ius mundi traducunt ad cælum, tum quod bene bea-
 téque vivendi normam euangelio cōuenientem præ-
 scribunt, in Latinum sermonem conuertimus, cui libet
 Homilia argumento breui p̄fixo, unde confessim

emergat, quid unaque eque cōtineat. Has ipsas impre-
fas Gr.ecē Latinēq; vobis animo grato suscepturnis mit-
timus: si quid melius allatura sit temporum tranquil-
litas, protinus emissuri. Valete plurimum, deūmque
precemini vt nostris faueat ad gloriam eius suscep-
tis consiliis. Lutetiae, Calend. Maij.

M. D. L I X.

JOANNIS D A V A L T R E P O R -
tuensis Doctoris Thologi, in laudem
D. Pici præsidis.

H E X A S T I C H O N.

Quo celebrem Macari donabis munere Picum,
Qui splendore suo candidat æthiopem?
silenos aperit, miscet simul utile dulci,
Atque suis Græcas vnguibus auget opes?
Pelle sub obscura celasti clausas odores:
At celata diu Picus aperta facit.

DE MACARIIS,

ESVIDA.

DUO fuerunt Macarij, eiusdē nominis ac professione Ascetica insignes, vita, moribus, doctrina. Alter Aegyptius, miraculis clarus, ac cum religiosa cautione in eos qui se conueniebant, seruerus. Alter Alexadrinus, per omnia similis Aegyptio, necnon comis & festivus: in eos qui ad se veniebant ita humanus ac blandus hic erat, ut ea festiuitate iunenes ad Asceticam vitā pelliceret. Horum Euagrius discipulus fuit, ac factis philosophiā exercuit, qui verbis dūtaxat prius philosophabatur. Idē Cōstantinopolī à Gregorio Theologo Diaconorum ordini adscriptus est: quinetiā in Aegyptum profectus, ac tum Macarius quos dixi collocutus, vitam illorum emulatus est. Ab hoc libri valde graues ac serij conscripti sunt: quorum unus, Monachus, siue de vita actiua inscriptus est. Alter Gnosticus, siue de iis qui cognitionis munere donati sunt, qui capita cōpletebitur numero quinquaginta. Tertius, Antirrheticus, aduersus tentantes demones, octo partibus distinctus, ut octo cogitationum modi recensentur. Itemque sexcenta Prognostica problemata, & Elementaria duo: unum ad monachos in cōnobiis aut contuberniis viuentes: alterum ad virginum cōcūtum, Eius autem sunt hæc verba, Necessitate est ut sedulo eorum qui præcesserunt monachorum vias indagemus, ad earumque normam dirigamus. multa enim ab iis recte & dicta sunt & facta: inter quæ & hoc quispiam dixit, Ardiorem & aspe-

ram viuendi rationem cum charitate copulatam, et
lierius monachum ad animi tranquillitatem, quam a.
magas appellant, perducere.

HOMILIA RVM MA- CARI SINGVLARVM argumenta.

- | | | |
|------|--|---------|
| I | Interpretatio allegorica visionis apud Ezechiel
descrite. | pag. 1. |
| II | De regno tenebrarum, hoc est peccato: & hominem
solius dei beneficio liberari ab eo. | 11. |
| III | De quieta fratrum inter se conuersatione, &
prælio interiori. | 17. |
| III | Quæratione promouendum in vita Christia-
na. | 21. |
| V | Quantum discrepat vita Christianorum à reli-
quorum hominum vita. | 40. |
| VI | De modo precandi. | 50. |
| VII | De clemétiâ Christi erga homines: continet etiâ
responsiones ad quasdam interrogations, for-
tè curiosas. | 55. |
| VIII | De his quæ contingunt Christianis inter oran-
dum. | 59. |
| IX | Promissiones ac prophetias diuinæ per varios
successus & tentationes impleri: & solide
adherendo liberari nos ab infestationibus
demonum. | 63. |

- X Humilitate & alacritate retinentur & augen-
tur dona gratiae diuinæ: superbia autem & igna
via perduntur. 70.
- XI Virtutem sancti spiritus in corde hominis se ha-
bere instar ignis. 73.
- XII De statu Adæ post imaginem dei perditam. 84.
- XIII Quem fructum à Christiano deus exigat. 94.
- XIV Qui se dedicant deo, non sine spe remuneratio-
nus id faciunt. 95.
- XV Quām sanctè & castè se gerere debeat anima
Christiani erga Christum sponsum suum. 100.
- XVI Spiritales homines obnoxios esse tentationi-
bus & afflictionibus: quarū origo est pri-
mum peccatum. 132.
- XVII De Christianorum vocatione spirituali, & glo-
ria. 141.
- XVIII De thesauro Christianorum, qui est Christus
& spiritus sanctus, varius modus exercens
eos ad perfectionem assequendam. 150.
- XIX Christianus proficere volens, ad omne id quod
bonum est, se vi compellere debet. 157.
- XX Solus Christus sanavit animam, quam orna-
mento gratia sua vestiuit. 166.
- XXI Homini Christiano duplex incumbit bellum,
externum & internum. 168.
- XXII De duplicitate statu decadentium. 171.
- XXIII Hisoli diadema regiū gestare possunt, qui sunt
ē semine regio. 172.
- XXIV Christianorum status, mercatura & fermē-
tationi similis est. 174.

- XXV Per inobedientiam redacti sumus in servitatem , à qua per mysterium crucis liberamur : item de lachrymarum & ignis diuini efficacia. 178.
- XXVI De dignitate, facultate & operationibus animæ & qua ratione tentetur à diabolo & ab eo liberetur. 184.
- XXVII Dignitatē & statū hominis Christiani prosequitur, eiūsque liberū arbitrium, permixtus interim vtilib⁹ quæstionibus. 200
- XXVIII Describit ac deplorat calamitatem anima, in qua propter peccatum non habitas Christus. 214.
- XXIX Dupli ratione gratiā suā largitur deus: cuius fructū tādē iusto iudicio repetit. 218.
- XXX Ex spiritu sancto renasci debet anima dei regnum ingressura: & quī hoc fiat. 223.
- XXXI Fidelis animo mutari debet, & in deū colligere cogitationes omnes, à quibus verē dependet obsequium diuinum. 230
- XXXII Gloria Christianorū modo latet in animis eorū, quæ resurrectionis tempore emerget, et illustrabit corpora: pro suo quæque modo. 234.
- XXXIII Quā attētē diligentēr q; precādū sit. 241.
- XXXIV De gloria Christianorū illis nō ignota. 244
- XXXV De sabbato antiquo & nouo. 246.
- XXXVI Diuersa est resurgentium gloria. 248.
- XXXVII De paradiſo & lege spirituali. 249.
- XXXVIII Exacto opus est iudicio in discernendis ve-

- ris Christianis, & quinam sint illi. 258.
- XXXIX Ad quid scriptura diuina nobis donata est à deo. 261.
- XL Virtutū inter se colligatio, ita dē virtutiorū, 262
- XLI Quā profunda sint animæ penetralia, quæ paulatim incrementa gratiæ, aut virtutiorū accipit. 266
- XLII Non externa, sed interna promouent aut lădunt hominem: veluti spiritus gratiæ, aut spiritus nequitæ. 268.
- XLIII De p̄gressu viri Christiani, cuius tota vis dep̄det à corde, ut h̄ic varie describitur. 270
- XLIII Quantā in homine Christiano mutationē ac renouationem faciat Christus, qui morbos animæ sanavit. 276.
- XLV Nullis artibus aut operibus huius mūdi, sed solo Christi aduentu sanatum esse hominē: cuius magnam cum deo cognationē refert hac homilia. 282.
- XLVI De differentia inter verbum dei, & verbū mundi: & inter filios dei, & filios huius mundi. 287.
- XLVII Explicatio allegorica quorundā sub lege beneficiorum. 291.
- XLVIII De perfecta fide in deum. 301.
- XLIX Non satis est, huius seculi delicias reliquisse, nisi quis alterius seculi beatitudinem consequatur. 305.
- L Deus est, qui per sanctos suos & creaturas edidit miracula. 308.

LOCORVM SCRIPTVRÆ SACRÆ
qui hic citantur index.

G E N E S E O S

- 1.c. Faciamus ad imaginem & similitudinem nostram. 113. ♂ 140.
2.c. Quacunque die comederitis de ligno. 250.
3.a. Eritis sicut dij. 203.
3.c. Spinæ & tribulos terra tibi prod. 131.196.294
4.b. Coles terram, & non addet ut præbeat tibi fructus suos. 294.
4.b. Angustia & tremore teneberis atque agitabere super terram. 41. ♂ 233.
15.c. Semen tuum erit incola in terra non sua. 293.

L E V I T I C I

- 4.d. Deus noster, ignis consumens est. 28. ♂ 18.
6.b. Diliges dominum deum tuum. 180. ♂ 271.

D E V T E R O N O M I I

- 21.c. Et maculam habens non ingredietur in ecclesia domini. 278.
26.b. Inhabitabo in illis & in ambulabo. 278.

R E G U M

3.19.c. Ecce vox auræ tenuis & in ea dominus. 11.

4.6.c. Multi veniunt aduersus nos & soli sumus.

♂c. I O B 112.

1.b. Da mihi illum in manus, nisi in faciem tibi biberet. 187.

P S A L M O R V M

6.b. Lauabo per singulas noctes lectum meū. 182.

15.b. Domin⁹ pars hæreditatis meæ, &c. ca. 97.246

17.c. CHM

- 17.c. Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. 2.2.
21. a. Opprobrium hominum & abiectione plebis:
vermis & non homo. 85.198.
- 25.a. Proba me domine & tenta me: vre renes meos. 183.
- 26.d. Credo videre bona domini in terra viuentium. 244.
- 33.b. Gustate & videte quoniam suavis est dominus. III.
- 37.a. Putruerunt et corruptae sunt cicatrices meæ. 5.
- 38.b. Lachrymas meas ne fileas. 182.
- 41.a. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panis die ac nocte. 182.
- 44.b. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. 10. & 270.
- 48.d. Homo cum in honore esset, non intellexit. 141.
- 54.a. Ale columbae. 14.
- 55.b. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. 182
- 101.b. Potum meum cum fletu miscebam. ibid.
- 103.a. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. 183.
- 103.b. Vinum laetificat cor hominis. 10.
- 106.c. Ascendunt usque ad caelos, & descendunt usque ad abyssos. 280.
- 113.d. Non mortui laudabunt te domine: sed nos qui uiuimus benedicemus domino. 306
- 118.c. Reuelata oculos meos & conseruabo mirabilia de lege tua. 167. & 184.

113. a. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar. 161.

125. a. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. 182.

126. a. Nisi dominus ædificauerit domum. 178.

P R O V E R B I O R V M

1. b. Pedes festinantes ad malum. 13

4. d. Omni custodia serua cor tuum. 250

S A P I E N T I Æ

6. a. Reddet cuique iuxta opera eius. 222

E C C L E S I A S T I C I

24. c. Qui edunt me adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc fitient. 71.

42. c. Abyssum & cor ipse scrutatur. 266.

E S A I Æ

1. a. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. 257.

1. a. Non est vulnus, non est cicatrix, non est plaga quæ saniem emittat. 228

4. d. Quis cognouit sensum domini? 256.

10. d. Num gloriabitur securus absque scidente, aut in altum tolletur serra sine trahente? 257.

45. a. Ne timeas, ego ante te ibo, & montes ad quaabo. 231.

50. c. Dorsum meum dedi flagellantibus, &c. 199.

53. c. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolor in eo. 79.

64. b. Facta est vniuersa iustitia nostra tanquam pus menstruata. 164.

62.b. Quomodo gaudet sponsus super sponsam, sic
gaudebit dominus super te. 9.

66.a. Ad quē respiciam nisi ad mansuetū & quietum & trementem sermones meos? 51.

I E R E M I A E

8.b. Nunquid qui cadit non resurget? aut qui auer-
sus est, non reuertetur? 32

31.f. Dans leges meas in cordibus illorum. 292.

E Z E C H I E L I S

1. De animalibus totis oculatis. 242.

10. De animalibus totis oculatis. 242.

16.a. Inueni te in aēserto nudam, & laui te, &c.

98.102.

33.c. Nolo mortem peccatoris, &c. 83.

I O E L I S

2.g. Effundam de spiritu meo super omnem car-
nem. 54.310.

A M O S

9.c. Erigam & reædificabo tabernaculum David,
&c. 232.

Z A C H A R I A E

11.a. Cecidit pinus, lugete cedri. 101

M A L A C H I A E

4.a. Orietur timentibus dominum soliusfítiae, &
sanitas in aliis eius. 244.

M A T T H A E I

3.c. Ipse vos baptizabit in spiritu & igni. 292.

5.a. Beati pauperes spiritu, &c. 213.214.

5.a. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum vide-
bunt. 278.

- 5.a. Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint. 253.
- 5.b. Vos estis sal terræ. 5.
- 5.b. Vos estis lux mundi. Nec accendent lucernam & ponunt sub modio. 4.
- 5.c. Non veni soluere legem, sed adimplere. 252.
- 5.c. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum, &c. 95.
- 5.d. Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est. 191.
- 6.b. Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. 17.
- 6.b. Ne nos inducas in temptationem. 179.
- 6.c. Vbi est thesaurus tuus, ibi et cor tuum. 77. & 211.
- 6.b. Lucerna corporis, oculus. 4.
- 6.d. Ne solicitii filius quid manducetis aut quid bibatis, &c. 302.
- 6.d. Nolite solicitii esse in crastinum. 250.
- 6.c. Sicut corpus plus est quam vestimentum: sic anima plus est quam corpus. 303.
- 6.d. Nec Salomon in omni gloria sua cooperius est sicut unum ex istis. 47.
- 6.d. Quærите regnum dei, & hac omnia adiicientur vobis. 68. & 301.
- 7.b. Petite & dabitur vobis: omnis qui petit accipit, & pulsanti aperietur, &c. 31.
- 7.b. Omnis qui querit inuenit. 310.
- 7.b. Quemadmodum vultis ut faciant vobis homines, vos etiam illis facite. 251.
- 8.d. Venisti huc ante tēpus torquere nos? 80. & 81.
- 9.b. Vinum nouum in utres nouos mittunt. 276.

11.b. Non surrexit maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cœlorum, maiore est illo.

217.

11. d. Venite omnes qui laboratis & onerati estis:
Ego reficiam vos. 247.

11. d. Discite à me, quia misericordia sum & humilis corde. 157.

13. e. Simile est regnum cœlorum fermento. 176.

15. b. Quod inquinat hominem intus est. 269.

15. b. Ex corde exeunt cogitationes pravae. 112.

17. a. Hic est filius meus dilectus: ipsum audite.

79.

18. d. Non est voluntas patris mei, ut pereat unus ex pusillis istis minimis. 35.

19. a. Relinquet homo patrem & matrem, & adhæredit uxori sue: & erunt duo in carnem unam.

31.

19. c. Vende quæ habes. 238.

19. d. Se debitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël. 53.

21. d. Auferetur à vobis regnum. 37.

23. b. Qui se humiliat exaltabitur. 268.

24. a. Non relinquetur hic lapis super lapidem. 35.

24. d. Super omnia bona sua constituet eum. 126.

25. a. Quinque virgines prudentes & totidem fa-

mæ. 25.

25. d. Hospes eram, & non collegistis me, &c.

229.
28. d. Vobiscum sum usque ad consummationem seculi. 237. & 310.

M A R C I

3.b.Tu es filius dei.

81

3.d.Nouit e quod sis filius dei.

80

10.g.Fili David miserere mei.

166

L V C Æ

4.a. Annus domini acceptus, & dies redemptio-
nis.

296

4.c.Medice cura te ipsum.

277

6.d.Si quis te percussit in maxillam, præbe illius
alteram.

147

6.e.Estote misericordes sicut pater vester cælestis
misericors est.

133

6.e.Dimitte & dimittemini.

251. & 252

7.e.Estote benigni sicut pater vester cælestis.

26

9.g.Sine ut mortui sepeliant mortuos suos.

306

10.c.Ecce dedi vobis potestatem calcandi super se-
pentes.

178

10.g.De Martha quæ sollicita erat, cum soror a-
deret.

92

Maria optimam partem elegit.

ibidem, & illi

12.f.Ignem veni mittere in terram.

67. & 18

12.d.Quod non pereat nostri capillus.

106

12.f.Seruus qui cognovit voluntatem dominis
& non facit, vapulabit multis.

223

13.d.Simile est regnum cælorum fermento.

177

13.b.Intrare per angustam portam.

17

13.g.Quoties volui congregare filios tuos, &
luisisti?

19

14.b.Qui se humiliat exaltabitur.

24

14.d.Misit seruos suos ad vocandum eos qui

176

venire.

118.

14.f. *Quicunque sibi ipsi nō renunciauerit, & qui non oderit animam suam.* 120.

14.f. *Quicunque non dimiserit patrem aut matrē, & me secutus non fuerit, non est me dignus.* 282.

15.b. *Gaudium est super uno peccatore pœnitentiā agente.* 35. & 101.

16.d. *Qui in modico iniquus est, & in maiori ini- quus.* 301.

18.b. *Deus vindictam faciet clamantium ad se.* 12.

& 39.

21.d. *In patientia vestra possidebitis animas ve- stras.* 68.

21.g. *Attendite, ne grauentur corpora vestra cra- pula.* 250.

22.a. *Introiuit satanas in cor Iudei.* 107.

22.c. *Expetiuit satanas cribrare vos sicut triticum.* 41

23.c. *Crucifige, crucifige eum.* 199.

I O A N N I S

1.4. *In principio erat verbum.* 87.

1.4. *Lux in tenebris lucet, & tenebrae eam nō com- prehenderunt.* 134. & 144.

1.b. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis po- testatem filios dei fieri.* 172.

1.d. *Ecce agnus dei qui tollit peccatum mundi.* 14.

79, 217. & 278.

3.4. *Nisi quis renatus fuerit de super, non potest vi- dere regnum dei.* 224. & 225.

3.d. *Deus verax est.* 220.

4.b. *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet*

- in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. 29.
4.c. Nos adoramus quod scimus. 260
4.b. Qui bibet ex hac aqua, fiet in eo fons aquæ sa-
lientis in vitam æternam. 244.
5.d. Transire à morte in vitam. 43.
5.d. Qui credit in me, træfit à morte in vitam. 306.
6.d. Ego sum pâns vitæ. 10. et 244.
6.f. Qui manducat meam carnem & bibit meum
sanguinem. 97.
6.f. Ego sum pâns viuus.
8.d. Seruus non manet in domo, sed filius. 97.
8.f. Vos desideria patris vestri vultu facere. 42.
9.a. Venit nox, quando nemo potest operari. 226.
10.e. Cognosco oues meas, et cognoscit me mea. 43.
12.d. Vbi sum ego, illuc & minister meus erit. 271
& 286.
12.f. Dum lucem habetis, credite in lucem. 226.
14.c. Qui diligit me, diligitur à patre meo. & ve-
niemus ego & pater meus, & mansionem apud eum
faciemus. 154.
14.b. Si diligitis me, mandata mea seruate. 158.
14.c. Manifestabo ei meipsum, & mansionem apud
eum faciam. 259.
14.d. Venit princeps mundi huius, & in menon ha-
bet quicquam. 79.
15.a. Ego sum vitis vera. 244.
15.a. Sine me nihil potestis facere. 96.
15.a. Agricola cum viderit palmitem ferentem fa-
ctum, purgat eum, & c. 151.
17.a. Non es sis de hoc mundo. 177.

17. d. Gloriam quam dedisti mihi, dedi illis,
122.

A C T O R V M

- 2.b. Virum potentem in verbis & signis vos cruci-
fixistis, suspendentes in ligno. 54.
2.c. Effundam de spiritu meo super omnem carnem,
54.
2.c. Prophetabunt filij vestri & filiae vestrae. 54.

R O M A N O R V M.

- 2.a. An diuitias bonitatis eius &c. quoniam beni-
gnitas dei ad paenitentiam te adducit. 34.
2.a. Secundum duritatem tuam & impaenitens cor
thesaurizas tibi iram in die irae. 34.
2.c. Cogitationibus inter se inuicem accusantibus,
aut etiam defendantibus. 119.
6.b. Corpus peccati mortis. 7.
7.d. Quis me liberabit de corpore mortis huius?
ibidem.
8.b. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est
eius. 254.
8.b. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est
eius. 163.
8.b. Qui suscitauit Christum a mortuis, viuificabit
& mortalia corpora nostra. 46. & 164.
8.c. Viuificabit & mortalia corpora nostra, pro-
pter inhabitantem spiritum. 48.
8.d. Compatimur ut & glorificemur. 200.
8.f. Quod deus dilexerit mundum, qui unigenitum

filium suum dederit.

125.

9.a. *Quibus patres, quibus promissiones credite sunt, &c.*

34.

12.b. *Corporis membra multa, unum corpus.*

18.

12.d. *Non vosmetipsoe vlciscentes charissimi.*

159.

14.a.b. *Alterum alter ne condemnet.*

18.

16.c. *Deus pacis conteret satanam sub pedibus vestris.*

179.

I. CORINTHIORVM

1.d. *Qui factus est nobis à deo sapientia, iustitia, sanctificatio.*

151.

1.d. *Iesum Christum et hunc crucifixum: Iudeis quidem scandalum, Græcis autem stultitiam.*

79.

2.a. *Sermo meus non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis.*

206.

2.b. *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, &c.*

29.209. &c. 213.

2.c. *Nobis reuelauit deus per spiritum suum.*

253.

2.c. *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda dei.*

253.

2.d. *Quis cognouit sensum domini?*

256.

2.d. *Spiritalibus spiritalia comparantes. animalu homo non percipit ea quæ sunt spiritus, &c.*

66.

&c. 288.

4.d. *In opere et virtute est regnum dei, no in sermone.*

147.

- 4.d. Imitatores mei esstote sicut & ego Christi. 86.
5.d. si qua in Christo noua creatura. 276.
6.c. Rex regnantium & dominus dominantium.
- 202.
- 6.d. Qui adhæret meretrici, vnum corpus est. 133.
qui adhæret domino, unus spiritus est. ibid.
6.d. spiritum fieri vnum. 27.
6.d. Qui adhæret domino, unus spiritus est. 69.
9.b. In ipse debet qui arat, arare. 95.
9.d. Ne forte cum alius prædicauerim, ipse repro-
bus efficiar. 104.
10.a. Omnes eundem potum spiritualē biberunt. 29.
10.c. Quaecunque contingebant illis, in figura fie-
bant. 293.
12.a. Nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in
spiritu sancto. 255.
12.c. Vnum corpus, membra multa. 18.
13.a. Si habuero omnem scientiam & prophetiam
ac loquar linguis angelorum. 208.
13.a. Si tradidero corpus meū ita ut ardeam, si lin-
guis hominum loquar, &c. 193.
13.b. charitas non cogitat malum. 175.
14.a. Qui loquitur linguis, seipsum ædificat: &
qui prophetat, ædificat. 53. & 248.
14.a. Sectamini charitatem. 31.
14.f. Non est dissensionis deus, sed pacis. 52.
14.d. Volo quinque verba in ecclesia sensu meo la-
qui. 254.
15.d. Novissime inimica destruetur mors. 20.105.
15.f. Sicut portauimus imaginē terreni, portemus

C & imaginem cœlestis.

2. CORINTHIORVM

3.d. Dominus spiritus est, ubi autem spiritus domini, ibi libertas. 254

3.d. Omnes reuelata facie gloriam domini speculamur. 48.

4.c. Ut & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. 46.

4.d. Habētes thesaurū istum in vasis fictilibus. 151.

5.a. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur. 45.

5.a. Ut absorbeatur quod mortale est à vita. 46.

5.a. Si tamen vestiti & non nudi inueniamur. 46

& 48.

10.a. In carne ambulantes, non secundum carnem militamus. 306.

10.b. In captiuitatem redigentes omnem intellectū, in obsequium Christi. 68.

11.a. Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. 27 & 307.

11.e. In laboribus plurimis, in carceribus abundius, in plagiis supramodum. 258.

12.c. Datus est mihi stimulus carnis, angelus satana, &c. 57.

G A L A T.

3.a. Cum spiritu cœperitis, nunc carne consummati. 207

3.a. Non ex operibus legis, spiritum accepistis: sed ex auditu fidei. 254.

3.d. Non est seruus neque liber. 245.

- 4.4. Puer quandiu parvulus est. 271.
 4.d. Ierusalem cœlestis mater omnium nostrum. 54.
 6.d. Mihi mundus crucifixus, & ego mundo. 6.
 6.4. Vos qui spiritales estis, huiusmodi instruite in
 spiritu lenitatis. 206.

E P H E S I O R V M

- 2.4. Conresuscitauit & consedere fecit ad dextram
 suam in cœlestibus. 286.
 3.c. Ut det vobis deus virtutem corroborari in in-
 teriori homine, &c. 254.
 3.c. Ut impleamini in omnē pulchritudinem Chri-
 sti. 156.
 4.c. Donec occurramus omnes in virum perfectū,
 in mensuram ætatis plenitudinis Christi. 20. & 156.
 4.g. Omnis amaritudo, ira & clamor tollatur à vo
 bis. 160.
 4.g. Nolite contristare spiritum sanctum dei. 205.
 & 208.
 5.g. Mysterium enim hoc magnum est. 260.
 6.b. Non est nobis collectatio aduersus carnem &
 sanguinem. 168.
 6.c. Ut possitis vos omnia tela nequissimi ignea ex-
 tinguere. 129. & 208.
 6.b. Induite vos armaturam dei, ut possitis stare
 aduersus infidias diaboli. 207. & 208.
 6.c. Thorax iustitiae, & galea salutis, scutum fidei,
 gladius spiritus. 170. & 173.

P H I L I P P E N S I V M

- 2.b. Ipse est qui operatur in vobis, &c. 256.
 2.b. Quicunq; facti estis participes spiritus Chri-

flī.

101.102.

3.c. *Sequor autem si comprehendam, in quo & cōprehensus sum.* 280.

3.d. *Nostra cōuersatio in cælis est.* 43.174.233.306.

C O L O S S.

1.c. *Primogenitus ex mortuis.* 202.

2.c. *Explorans principatus & potestates, triūphauit de illis in cruce.* 7

3.b. *Exuite veterem hominem.* 13.

3.c. *Pax dei exultet in cordibus vestris.* 234

I. T H E S S A L O N.

4.d. *Rapti in occursum domini in aëra, semper cū illo erimus.* 50.

5.a. *Nos non sumus filii tenebrarū, sed filij lucis.* 15.

5.c. *Spiritum nolite extinguere.* 145.146.

2. T H E S S A L O N.

2.b. *Quem dominus interficiet spiritu oris sui.* 179

I. T I M O T H.

1.a. *Finis præcepti est charitas.* 20.

2.c. *Volo viros orare sine ira & cogitationibus prauis.* 107.

5.a. *Quæ in deliciis est, viuens mortua est.* 306.

H E B R Æ O R V M

1.b. *Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem.* 183.

2.c. *Qui sanctificat & qui sanctificantur, ex uno omnes.* 270.

2.d. *Ipse tentatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari.* 280.

3.b. *Cuius domus sumus nos.* 307.

- 6.a. *Impossibile est eos qui semel illuminati sunt & gustauerunt donum dei, &c.* 208.
 10.a. *Impossibile est sanguine hircorum & taurorum auferri peccata* 277.
 11.e. *Magis eligens tribulationem, quam temporale habere peccati fruitionem.* 65.
 12.g. *Deus noster ignis consumens est.* 28.183.
 12.g. *Accessisti ad sion montem & ciuitatem dei viuentis Ierusalem cœlestem.* 29.

I A C O B I

- 1.c. *Vt simus nos initium aliquod creaturarū eius,*
&c. 308.
 4.a. *Amicitia huius mundi, inimica est dei.* 250.

2. P E T R I

- 1.a. *Quo siamus diuinæ confortes naturæ.* 261.

A P O C A L Y P S I S

- 3.d. *Ecce sto ad ostium & pulso.* 229.

R E R V M . M E M O R A B I L I V M
index.

A

- A B R A H A M fidelis. 251. patiens. 65. humiliis. 81.
se terram ac puluerem nominat. 191.
- Abrenunciare sibi ipsi. 33.
- Adam qualis fuerit ante lapsum. 48. 49. 76. ut peccaverit. 7. 76. qualis post lapsum. 84. 87. 88. qualitas posteris inflixerit. 41. 42. 174. 227.
- Adam spiritualis. 137.
- Ægyptiorum delicta inueterata. 36. tenebrae. 216.
- Ægyptiaspolia. 194.
- Ægypti monachi. præfat. pag. 9. 14. 16.
- Agni immolationis explicatio. 293.
- Alæ sancti spiritus. 49.
- Alexandriæ in Ægypto monachi. præf. 9. 14. 16.
- Allegoriæ. præf. pag. 10. 13. 14. 17. 19.
- Amalechitæ. 309.
- Anachoretarum seu monachorum origo, institutio, secratio, mysteria. præf. 1. 2. & deinceps.
- Angelus, corpus tenue. 27.
- Angeli fidelibus assistunt. 171.
- Anima quid. 7. corpus tenue. 27. viderine posit. 58. 9
formâne habeat. 58. eius partes. 58. oculus, quæmæ. 58. facultates variae, & quæ præcipuae. 3. præstantiss. 125. à Christo. 127. vita. 226. penetralia profunda. 266. ex se mortua est & indigna vita eterna ac calamitosâ. 10. 11. 14. in certamine par diabolo. 20. 21. à quo oppugnata quomodo liberetur. 184. medici.

I N D E X.

- unicum habet Christum. 165. cuius causa omnia fecit ille. 300.
 Animalium quatuor oculus plenorum visio. 1, 2, &c.
 Antonius monachus. præf. 20.
 Apostoli lumē mūdi. 4, 5. sal terræ. 5. nō quosuis sanabat. & quāobrē. 187. an peccare potuerunt. 206.
 Aprilis, ζερθικός mensis. 47.
 Arbitrium hominis liberum. 113, 114, 123, 205. quod qui tollunt, arguuntur. 211, 212, 213.
 Arbitrii liberi voluntas. 218.
 Arma Christiani. 170, 173.
 Azymorum vsus. 293.

B

- Baal sacerdotes. 232.
 Baculum tenere manus. 293.
 in Baptismo mutatio vestis. præf. pag. 6.
 Baptisma, veteris testamenti quid designabat. 192.
 ignis ac spiritus sancti. 210.
 Basilius Cœnobita in vrbes introduxit. præf. 20, 21.
 Belligerare secum. 19.
 Bellum Christianorum duplex. 168.

C

- Cecus clamans sanatur. 166, 167, 130.
 Cain angitur & agitatur. 41, 42.
 Caiphas Mosis cathedram tenens. 197.
 Canones ecclesiæ. præfat. pag. 15
 Canticorum auctores monachi. præfa. pag. 10. 14.
 Caro & sanguis Christi. 210.
 Charismata & dona dei varia. 186.
 Charitatus perfectio. 193, 208.

I N D E X.

- Christianismus lapis offensionis.* 183. *eius notahumilitas.* 190. *dignitas.* 201.
- Christiani qui veri sint haud facile discernitur.* 218. *quid à reliquo differant.* 40, 43, 44. *ut se gerent in hoc seculo debeant.* 100, 115. *quos fructus producere.* 91. *quod iter religionis tenere.* 106. *quam progressionem ad virtutem facere.* 21, 123, 124, 157. *ut humiles esse ac modesti.* 121, 122. *ut ad bellum parati & armati.* 167. 170. *quod plus habeant à Christo, quam Adam perdiderit.* 122, 123. *idque à gratia diuina.* 44, 141.
- Christus, solus hominum absq; peccato.* 78, 79. *solus animam sanat.* 163, 165, 276, 282. *medicus, pastor,* *verus pontifex.* 237, 277, 278, 303. *humilis.* 198, 203, 238. *clemens.* 55. *factus apud nos omnia.* 231.
- Christi ascendentus vestes.* 60.
- Christo omnis iustitia tribuenda.* 232.
- Christum induere.* 70.
- Circuncisio quid præsignabat.* 292.
- Cleophas & socius eius igniti.* 182.
- Cœnobiorum auctor Basilius. præf.* pag. 21.
- Cognatio dei & hominis.* 286.
- Colluctatio Christiani.* 168, 169, 173.
- Columbarū duarū quæ offerebantur explicatio.* 292.
- Conscientia regit cogitationes.* 120.
- Concordia inter fratres.* 17.
- à Corde progressus manat.* 270.
- Cribrum huius mundi.* 41.
- Crucifigi mundo quid.* 6.
- Crucis signum in monacho. præf.* pag. 6.

I N D E X.

- | | |
|--|-----------------------------|
| <i>Crucis signum apparens.</i> | 65. |
| <i>Crucis mysterio liberamur à scrutitate.</i> | 178. |
| <i>Curruum cherubim explicatio.</i> | <i>1,2, & deinceps.</i> |

D

- | | |
|--|-------------|
| <i>Dæmon, corpus tenuerit.</i> | 27. |
| <i>Dæmonū infestationes deo soli adhaerendo, retundi.</i> | 63. |
| <i>Dauid vñctus in regem, longe pōst regnum adipisciatur per multas tentationes.</i> | 64, 141. |
| <i>humilis.</i> | 85. |
| <i>se vocat opprobrium hominum & abiectionē plebis</i> | |
| <i>198. inuictus.</i> | 251. |
| <i>gigantem expugnat.</i> | 309. |
| <i>Decedentium status duplex.</i> | 171. |
| <i>Deus incircumscrip̄tus.</i> | 56. |
| <i>incomprehensibilis homini.</i> | 89. |
| <i>quomodo sit ubique.</i> | 1:4, 135. |
| <i>quomodo omnia complectatur.</i> | 56, 263. |
| <i>solus aufert peccatum.</i> | |
| <i>13, 14, 19. misericors in omnes.</i> | 38, 39. |
| <i>medicus animae & corporis.</i> | 38. |
| <i>charitas.</i> | 56. |
| <i>suis adest.</i> | 126. |
| <i>summū bonū.</i> | 230. |
| <i>à quo omnia quae habem⁹.</i> | 239. |
| <i>patiens mirabiliter.</i> | 33, 34, 35. |
| <i>Variis se modis ma-</i> | |
| <i>nifestat.</i> | 28, 29, 30. |
| <i>per sanctos & creaturas edit</i> | |
| <i>miracula.</i> | 308. |
| <i>à Christiano quid exigat.</i> | 94. |
| <i>quid remuneret sese dedicantibus.</i> | 95. |

Deus Pharaonus, Moses.

65

Deus, quod diligitur.

271.

Diabolo anima in certando par.

20, 21.

Dionysii de Ecclesiastica hierarchia verba de conse-

cratione & initiatione monachorum. præfa. pag.

1, 2, & deinceps.

B

Ebrietas diuinorum mysteriorum.

154.

Ebrijs spiritu,

ibid.

I N D E X.

<i>Ecclesiæ typ⁹ ac cōformatio.</i>	92.	<i>in duabus psonis.</i>	254
<i>Eleazari constantia.</i>			148.
<i>Eliæ tribuuntur quæ erant Elissæi.</i>			126.
<i>Elias claudit cælum.</i>	308.	<i>aperit.</i>	309.
<i>Elissæi lignum in aquam missum.</i>		<i>præfa.</i>	278, 279.
<i>Eremitæ.</i>		<i>præfat.</i>	pag. 8.
<i>Eusebij verba de therapeutis.</i>		<i>præf.</i>	pag. 14.
<i>Euagrius monachus.</i>		<i>præfat.</i>	pag. 25.
<i>Exaltat se qui se humiliat.</i>			161.
<i>Exercentur variè pijs.</i>			155.
<i>Expectatio & fides necessaria Christiano.</i>			157.
<i>Exteriora officia non satis sunt.</i>			19.
<i>Exultare spiritu.</i>			133.
<i>Ezechielis visionis explicatio.</i>	1, 2,	& deinceps.	
	F		
<i>Fermentatio Christianorum.</i>			174.
<i>Fermentum vitiorum.</i>	175, 293.	<i>cælestie.</i>	175, 176.
<i>cum Fide postulandum.</i>			153.
<i>Fiducia certa regnandi cum Christo.</i>			141.
<i>Fiducia vera à sui notione.</i>			159.
<i>Fides in deum perfecta.</i>			301.
<i>Filiij dei quales.</i>			154.
<i>Filiij dei alij quam huius mundi.</i>			287.
<i>Filiij dei desursum nati.</i>			154.
<i>Firmiter deo credere.</i>			157.
<i>Fluxum sanguinis mulier patiens.</i>			164, 165.
<i>Formamne animam habeat.</i>			58.
<i>Fortes ac iniucti fideles.</i>			155.
<i>Fratrum exercitia, concordia.</i>			17.
<i>Fructus spiritales.</i>			157, 158, 160.

I N D E X.

Eur qui per ostium non intrat. 232.

G

- Gaudium animi pij.* 155, 156.
in Gehenna multi gradus. 263, 264.
Gloria Christi dei incomprehensibilis. 245. *in suos redundat.* 122. *spiritualis.* 141. *Christianorum.* 234, 244.
post resurrectionem. 235.
Gloriæ Mosis allegorica expositio. 291.
Gratiam multipliciter deus largitur. 210. *& deinc.*
quæ variis modis agit in fideles. 154, 155. *quid operatur.* 62. *ut crescat.* 266. *ut retineatur.* 70. *quo modo hominem afficiat.* 186. *permaneatne post lapsum.* 109, 268. *nō sine temptationibus comparatur.* 66. *gradus habet plures.* 61. *per eam nihil non homines possunt.* 59. *ab ea quo modo pij excedat.* 57. *quod eius fructus deus repetat.* 218, *& deinc.*
in Gratia augeri. 161.
Gratiæ moderationes variae. 155.
Gratiæ spiritus cœlestis quomodo quis adipiscatur. 161
Gratiæ variè versatur in fidelibus. 155.

H

- Habitaculum mentis pij, Christus.* 158.
Heretici de materiae eternitate. 132.
Hebrei captiui sub pharaone. 293.
Hierusalem desolatio unde. 214.
Hierusalem cœlestis. 259, 272.
Hilarion monachus. præfa. pag. 20.
Hominis dignitas. 111, 113, 125, 200. *ante lapsum.* 184,
185. post lapsum, à Christo. 127. *libertas quæ nulli necessitatibus sit obnoxia.* 114, 200,

I N D E X.

- Homo, quātū absit à deo. 179, 180, 181. solius debi-
neficio à peccato liberatur. 12, 19. absque spiritu
sancto nihil perfectum agere potest. 176.
Humanum genus peccatus obnoxium. 41, 42.
Humilis corde ac mitis Christus. 177.
Humilis non labitur. 162.
Humilitas ac modestia Christianorū. 121, 122. graui-
dei cōseruat. 70, 268. domiciliū spiritus sancti. 161.
Humilitas spiritus se demittentis infra omnes. 155.
Humilitas domini exemplar sit Christiani. 158.
Hymnorum auctores monachi. præf. pag. 10, 14.

I

- Idoli fabricatio sub Aaron. 74.
Idolatria, fructus inobedientiae Adæ. 76.
Ieiunia therapeutarum. præf. pag. 11, 18.
Iesus filius Naue. 182, 309.
per ignauiam perditur gratia dei. 70, 71.
Ignei montes. 93.
Ignis exurens, deus. 28. spiritus sanctus. 73. caelitus. 69.
diuinus. 183, 184, 270.
Ignis Ierosolymis defossus tempore captiuitatis. 73.
Ignis tres pueros non vrens. 74.
Ignitus sermo. 119.
Imago et similitudo dei. 119.
Induere Christum. 71.
Inobedientia seruos nos fecit. 178, 179.
Interiora ledunt animā, non exteriora. 268. et di-
Ioannes Baptista complementū prophetarum. 217.
Iob à satana ut impugnetur. 118.
Joseph variè afflictus, seruus dei fidelis. 63, 74, 178.

I N D E X.

- | | |
|--|------------------------|
| <i>visiones multo post tempore impletæ.</i> | 63, 64. |
| <i>Israël, animus videns deum.</i> | 294. |
| <i>Israëlitarum incredulitas.</i> | 34, 37. |
| <i>Israëlite mare traiiciunt.</i> | 227. |
| <i>Iudeorum pertinacia.</i> | 34, 37. |
| <i>Iudicet quomodo apostoli tribus Israël. s4. non Iudicandum.</i> | 104 |
| <i>Iustificatio nulla sine Christo.</i> | 232. |
| <i>Iustitia quam à Christiano deus requirit</i> | 94. |
| <i>Iustitia nostra, ut pannus menstruæ.</i> | 164. |
| L | |
| <i>Lachrymarum efficacia.</i> | 182. |
| <i>Lactucarum agrestium eſus.</i> | 293. |
| <i>Lapis offensionis Christianismus.</i> | 183. |
| <i>Lapides preciosi in pectore pontificis.</i> | 237. |
| <i>Lazarus suscitatus.</i> | 228. |
| <i>Lectorum officium.</i> | 17, 18. |
| <i>Lepra peccati.</i> | 278. |
| <i>Lex in cordibus inscripta. III. ſpiritualis. 249. data in lapideis tabulis.</i> | 292. |
| <i>Libertas hominis.</i> | 178. |
| <i>Liberum arbitrium.</i> | 113, 114, 123. |
| <i>Lignum, curæ huius vite.</i> | 150. |
| <i>Lignum in aquam miffum.</i> | 278, 279. |
| <i>Linguarum varietas. 234. unitas in Christo. ibid.</i> | |
| <i>in Literis progressus.</i> | 124. |
| <i>Lucerna animæ, ſpiritus sanctus.</i> | 75 |
| <i>Lumen mundi.</i> | 4, 5. |
| M | |
| <i>Macarii duo. præf.</i> | pag. 22.
**** iiiij |

I N D E X.

- Machabæorum constantia. 148,
- Maculationis victimarum explicatio. 6. & deinc. 299
- Malchus monachus præfa. pag. 20.
- Mala huius mundi vnde. 128, 134. cur deus permittat. 364
- Malum ut sit nobis innatum. 132, 133, 135.
- Maran. 233.
- Marcus apostolus therapeutarum dux. præf. pag. 14.
- Mare temptationum. 280.
- Maria stagnum, præf. pag. 9. 16.
- Margarita regni dei. 172.
- Maria ad pedes domini plorans. 182.
- Materiam non esse æternam. 132.
- Medicus verus Christus. 165, 166, 228, 277. 303.
- Mens, discrepētne ab anima. 38.
- Mens animæ oculus. 38.
- Mens, ubi thesaurus. 271.
- Mensis florum. 293.
- Menstruata pannus, iustitia nostra. 164.
- Mercatura Christianorum. 174.
- Merita à deo. 220, 221.
- Metus ac tremor Christiani. 210.
- Militia Christiana. 239.
- Miracula edit deus per sanctos. 306.
- Monachorum institutio, consecratio, mysteria. præfa.
pag. 1, 2. & deinc. vestes. præf. pag. 12. tecta. ibidem.
lectuli. 12. cibus & potus. præf. pag. 13, 18, 19.
- Monachi insignes. præfa. pag. 20. facultatibus cedat.
præfat. pag. 8, 15, 16.
- Moses aspectu gloriosus - 48. & ob id velamen habet.

I N D E X.

bat. 251, 258, 291. saluator Israëlis. 76. quibus me- diis dux populi factus. 64. virgam in serpentem conuertit. 300, 304. manus eleuans ac demittens. 309. iejunat.	48, 91.
Moses & Aaron sacerdotes.	197.
Mulier orans non velato capite, quid?	91.
Mundi huius filie quæ.	26.
Mundum abnegare.	170.

N

per Negligentiam gratia dei cōtumelia afficitur. 177.	
Nequitia spiritus.	69, 170.
Nequitia fermentum peccatum.	176, 179.
Nequitii inuolutæ insidiae diaboli.	170.
Noe patiens & fidelis. 65. fernatur.	251.
Noe temporibus peccata.	36.
Nuditas spiritalis.	163.
Nuptialis vestis.	226.

O

Obsecratio diabolum conficit.	170.
Occasiones peccati nemo effugit per se.	178.
Occultæ vitiorum affectiones.	169, 170.
Occupationibus secularibus detineri.	170.
Odorem grauem salabolet. & quid id velit.	176.
in Odorem suavitatis venire, quid.	6.
Operarij.	17, 18.
Operationes vitiosæ.	177.
Opera nisi adsint, verbum reprobatur.	146, 147.
Opera nostra non sunt pura, deo tamen grata.	195.
Opera non saluant hominem, sed qui operandi facul- tatem dedit.	255, 256.

I N D E X.

Orationis fundamentum, cogitatio quieta.	11
Oratio, tormentum dæmonum.	170, 173, 271
Orandi munus.	17, 18,
Orandum ex animo.	30,
in Orando tumultus improbat.	50, 51, 52
Orantibus que contingent.	59,
inter Orandum in excessu homo inuentus.	60,
Orantibus apparuerunt multa.	60.

P

πανδαιειογραφ. præf.	pag. 21.
Panes oleo fermentati.	60.
Panis & vinum oblatum in Ecclesia.	210.
Panes quinque multiplicati.	277.
Parietis medij solutio.	61.
Paradisus spiritualis, verbum dei.	249, 250.
in Paradiſo muli gradus.	263, 264.
Pascha edere ad vesperam.	293.
Pastor bonus.	277, 278.
Paulus per sportam demissus. 187. cum Barnabæ dis-	
sensit.	205, 206.
Paulus eremita. præf.	pag. 10.
Pauper spiritu quomodo quis esse possit.	85, 221.
Peccati affectiones à prima hominis træſgreſſione. 175.	
Peccati reæ animæ decadentis status.	171.
Peccatum originale. 26. ut fermentum. 175. in anima	
absconditur vſq; in diem resurrectionis. 15. cū gra-	
tia quomodo versetur in corde. 265. quo perfectiſ-	
ſimi quique non carent. 62. quod etiam à baptismi	
ſuperest. 107. 108. vnde mala omnia.	118
Peccatum regnum est tenebrarum. 12. à quo liberari	

I N D E X.

- donum est solius dei. 12, 13, 19. per Christum. 165.
 curus expers, solus Christus. 78.
 Peccatus omnibus resistendū, non vni aut pluribus. 20
 Peccare etiam donum gratiae habentes. 109.
 Peccant quidem ex proposito: quidam prater præposi-
 tum. 201.
 Perfectio cur non concessa homini. 61.
 Perfectionis stolidæ persuasio. 259.
 Perfectus nemo. 62.
 Perfectissimi quique, non sine peccato. 62.
 Perfectus etiam timendum. 109.
 Perfectam puritatem spiritus efficit. 176.
 Perfectum opus nemo edit. 176.
 Perseuerare in bono. 169. in fide. ibidem. diabolū con-
 ficit. 170
 Persecutio Christianorum. 106.
 Petri vincula fracta. 57.
 Petrus Mosis successor. 197. nouam ecclesiam Christo
 creat. ibid. à Paulo reprehensus. 205.
 Pharaonus in Iudeos crudelitas. 283, 294, 295.
 Philonis actas. præf. 1, & 15. verba de monachus. præf.
 pag. 7, 8, & deinceps.
 Pię afflictii. 86.
 Potestas calcadi serpētes et scorpiones ac diabolū. 178
 Potestates tenebrarum. 171.
 Prælium Christiani. 172, 173.
 Preces matutinæ ac vespertinæ. præf. pag. 910.
 Primogenitorum perditio. 294.
 Progressus viri Christiani. 270.
 Promissiones diuinæ variè impleri. 63.

I N D E X

<i>Prophetæ à suis passi sunt.</i>	197.
<i>Prophetas multa Christi latuerunt.</i>	210.
<i>Prophetias diuinæ vario modo impleri.</i>	63.
<i>Puritas cordis.</i>	149.

R

<i>Raab cum alienigenis agens.</i>	230, 231.
<i>Regnum tenebrarum.</i>	12.
<i>Remunerationis spes.</i>	93.
<i>Renes circuncincti.</i>	293.
<i>Renasci ex spiritu sancto.</i>	223, & deinc.
<i>Resurgentium diuersa gloria.</i>	248.
<i>in Resurrectione omnia membra resurgere.</i>	105.
<i>Reuelatio alia quam visio aut sensus.</i>	57, 58.
<i>Renouatio hominis per Christum.</i>	230, 176.
<i>Regis diadema.</i>	172.
<i>Rotarum Ezechielis explicatio.</i>	1, 2, & deinc.

S

<i>Sabbatum antiquum & nouum.</i>	246, & deinc.
<i>Sacerdotū alius ordo, alius monachorū, præfa. pag. 6.</i>	
<i>Salteræ.</i>	5.
<i>Sale condiri victimas, quid velit.</i>	6.
<i>Sal, spiritus sanctus.</i>	176.
<i>per sanctos deus edit miracula.</i>	308.
<i>Sandalia calceare.</i>	293.
<i>Sanguinis fluxu affecta.</i>	164, 165.
<i>Satanas in corde hominis sedit ab Adamo ad Christum.</i>	
<i>53. sit ne cum deo tam in aëre quam apud homines.</i>	
<i>56. in angelum lucis transformatus qui discernatur.</i>	
<i>56. omnēsne cogitationes hominis nouerit. 188.</i>	
<i>189. perpetuo oppugnat homines.</i>	
<i>191. verū meus</i>	

I N D E X.

<i>tentatio piis non nocet.</i> 192.	<i>non facit pro libidine.</i>
<i>ne.</i>	98, 185, 188.
<i>Satanæ terra & patria.</i>	98.
<i>Saul.</i>	251
<i>Scriptura diuina ad quid donata.</i>	261.
<i>Scete. præfa.</i>	<i>pag. 22, 25.</i>
<i>oīurēa monachorum. præf.</i>	9, 10, 16.
<i>Serpentis ænei erectio. 77. corporis Christi significatio.</i>	78.
<i>Serpens, voluptas.</i>	249.
<i>Seruimus per inobedientiam.</i>	178.
<i>Sodomorum peccatum graue.</i>	36.
<i>spine & tribuli.</i>	196.
<i>spiritales etiam temptationibus esse obnoxios.</i>	132.
<i>spiritale vestimentum.</i>	163.
<i>spiritus sanctus, ignis. 73. in Adamo fuit post lapsum, quandiu verbum dei habuit.</i>	87.
<i>spiritu dei sunt prædicti qui verba dei enunciant.</i>	152.
<i>spiritus sancti aduentus in hominem.</i>	185.
<i>spiritus fructus.</i>	195.
<i>spiritus dei, animæ vita.</i>	226.
<i>Spiritus gratia & Spiritus nequitia. 268. & deinc.</i>	
<i>persuperbiæ perditur gratia dei.</i>	70, 71.
T	
<i>Tabernaculi exterioris & interioris explicatio.</i>	292.
<i>Tabulæ lapideæ & carneæ.</i>	272.
<i>Tenebrarum corpus, anima.</i>	7.
<i>Tenebrarum regnum.</i>	12.
<i>Tenebre Aegypti, item anima.</i>	216.
<i>Temptationibus omnes esse obnoxios.</i>	132.

I N D E X.

Terram et cinerem se Abraham nominat.	85.
Terra cælestis, et terra satanæ.	98, 99.
Terra spinas et tribulos proferens.	196.
Testamenta duo.	237.
Testamentum nouum Christi.	259.
Therapeutæ, et eorum institutio. præf.	pag. 7.
Thesaurus Christianorum. 150. cælestis.	151.
Throni et corona sunt ne creaturæ, non spiritus.	33.
Tonsura monachi. p. efat.	pag. 6.

V

Vendere sua et dare pauperibus.	77, 78.
Verbum dei cum Adamo post lapsum. 87, 88. quod ei omnium vice.	87, 88.
Verbum sine opere reprobatur. 146, 147. nec facit Christianum.	211, 212.
Verba quinque in sensu loqui quid sit.	254, 255.
Verbum dei aliud quam mundi. 287. non est ocio. sum.	223.
ad Vesperam edere pascha.	293.
Vestimentum spiritale.	163.
Vestis monachorum. præf.	pag. 6.
Victimæ sale condiebantur.	6.
Vidua drachma perdita.	75.
Viperarum genima.	181.
Virgæ Mosis explicatio allegorica.	299, 300.
Virginitatis ac continentiae studium in monachis. præ pag. 13, 18.	
Virgines therapeutæ. præf.	pag. 13.
Virgines prudentes quæ, et quæ fatuæ.	25.
Virtus omnis exercenda, non una, aut plures.	19, 20.

I N D E X.

- | | |
|--|------------------|
| <i>Virtutes quinque præcipuae.</i> | 255. |
| <i>Virtutis colligatio.</i> | 262, & deinceps. |
| <i>Visio præstantior sensu.</i> | 57, 58. |
| <i>Vitiorum extirpationis quæ promotio fieri posbit.</i> | 123. |
| <i>Vitium in homine.</i> | 135. |
| <i>Vitiorum inter se colligatio.</i> | 262, & deinceps. |
| <i>Vitiorum gratia.</i> | 266. |
| <i>Vnitas Christianorum.</i> | 234, 236. |
| <i>Vnctio spiritualis.</i> | 141. |
| <i>Voluntas animæ libera.</i> | 23. |
| <i>Voluntatem liberam homini detrahentes, redarguntur,</i> 212. <i>vide Arbitrium.</i> | 212. |
| <i>Vulneratus à latronibus in via ab Hierusalem in Iericho.</i> | 228. |
|
X | |
| <i>Ἐγρικὸς mensis primus.</i> | 47. |
|
Z | |
| <i>Zizania frumentum suffocans.</i> | 196. |

S A N C T I P A T R I S
N O S T R I M A C A R I I A E G Y P T I I

Homiliae spiritales, fructuosissimæ, de integritate
quæ decet Christianos, cuicunque opera dare debent.

I N T E R P R E T A T I O A L L E G O
rica visionis apud Ezechiem descriptæ, Hom. I.

VM VIDISS ET Ezechiel Ezech. i.
propheta visionem diuinam & glorio-
sam, retulit illam, & scrip-
tis mandauit, inenarrabilibus v-
tique mysteriis refertam. Vi-
dit enim in agro currum Che-
rubim, quatuor animalia spirita-
lia, quorum vnumquodque quatuor facies habebat:
primam faciem leonis, secundam aquilæ, aliam vi-
tuli, quartam faciem hominis. Unaquæque facies
alas habebat, ita ut nemo discernere posset, quæ
nam erant anteriora, quæ ve posteriora. Animali-
um terga, similiter & pectora oculis erant plena, ne-
que locus erat in illis vacuus oculis. Unaquæque fa-
cies tres habebat rotas in formam vnius rotæ, & in
rotis illis spiritus inerat. Et vidit quasi similitudinem
hominis: & sub eius pedibus velut opus quoddam
sapphiri. Cherubim currum ferebat: animalibus au-
tem vehebatur dominus: quocunque pergere volebat
erat in faciem. Et vidit subitus Cherubim, veluti ma-
num hominis gestantem & baiulantenem. Hoc autem

A

ipsum quod in excessu mentis propheta vidit, verum
erat & certum: cæterum quippiam etiam aliud my-
sticum et diuinum subindicabat ac repræsentabat:
nempe mysterium quod à seculis re vera absconditum
est, postremis autem temporibus in aduentu Christi ma-
nifestatum. Nam mysterium utique contemplabatur
animæ quæ dominum suum erat suscepturn, & illi
thronus gloriae futura. Anima enim quæ digna habi-
ta est ut fieret particeps spiritui in lumine illius, &
illustrata est à decore inenarrabilis gloriae eius, cum
præparauerit eam sibi in sedem & domicilium, tota
lumen evadit, tota facies, & tota oculus: neque super-
est vlla pars illius, quæ spiritualibus oculis lucis non
sit plena: hoc est, nihil habet tenebrosū, sed tota pror-
sus fit lumen & spiritus, tota plena oculis, nullam ha-
bens partem à tergo siue posteriore, sed vndique fa-
ciem præse ferens, ineffabili pulchritudine gloriae lu-
minis Christi veniente in illam, & in ea residente. Et
Simile.
quemadmodum sol sui planè similis est, nullá habens
partem posteriorem aut inferiorem, sed totus penitus
lumine splendet, & totus lumen est, et partium simili-
um: aut quemadmodum in igne lumen ipsius ignis
totum sibi simile est, nihil habens in se primū aut po-
stremum, maius aut minus: sic et anima quæ plenè il-
lustrata est ab ineffabili pulchritudine gloriae lumi-
nis vultus Christi, & spiritu sancto repleta, ac digna
quæ fieret domicilium et thronus dei, tota oculus,
tota lumen, tota facies, tota gloria, et tota spiritus e-
uadit: nempe sic eam adornante Christo, gestate, agé-
te, baiuláte et ducente illam, et hunc in modum il-

animæ

HOMILIA I.

lam instruente, & spirituali decore adornante . Etenim manus, inquit, hominis erat subtus Cherubim. Nā ipse est qui illa vehitur, & illam dirigit. Quatuor autem animalia currū vehentia, repræsentabāt principales animæ partes & rationales. Nā quemadmodum aquila inter cæteras aues principatum obtinet, & leo inter feras, taurus autem inter animalia man-
 sueta, & inter creaturas homo: ita quædam sunt ani-
 mæ portiones rationis capaces & magis præcipuæ,
 voluntas scilicet, conscientia, mens, & amandi facul-
 tas. Perhas enim currus animæ gubernatur, & in illis
 deus requiescit. Aliter quoque & illud transferri po-
 test ad cœtum cælestium sanctorum: propterea quòd
 sicut illic dicitur, quòd illa animalia erant valde su-
 blimia, & oculis plena, neque quisquam poterat comi-
 prehendere numerum oculorū aut sublimitatem, quia
 nō erat cōcessum illa cognoscere: & sicut in cœlo stel-
 las quidem inspicere & admitari omnibus homini-
 bus datum est, scire verò numerum illarum nulli da-
 tum: sic in cœtum cælestem sanctorū ingredi & qui-
 escere, concessum quidem est omnibus qui decertare
 voluerint, nosse verò & consequi numerum sanctorū
 solius dei est. Quocirca sessor ille vehitur & ferrut in
 turru & throno oculatorum animalium, seu ab yna
 quaque anima quæ thronus illi facta est & sedes, &
 quæ oculus est, & lumen, cùm insederit in ea: & cohi-
 bet illâ frænis spiritus, prout nouit qui dirigit, illam.
 Quemadmodum enim animalia illa spiritualia nō per-
 gebant quocunque libéret, sed quò nouerat & vole-
 bat is qui sessor erat, & dirigebat: sic & in hac vita

cohabet ipse & impellit dirigēs spiritu suo, ita ut proficiscatur nō pro arbitrio suo in cālū, cū voluerint: & abiecto corpore tractat & impellit animā sapientia sua in cālestia: & rutsim cū voluerit, descēdit in corpus & in cogitationes: denuò, cū libuerit, progreditur ad terminos terræ, & anima reuelat mysteria. O p̄xclatū & bonū atq; solū aurigā verum. In resurrectione quoq; pari corpora dignabūt honore, anima intetim, quæ spiritui mixta est, talē prægustatē gloriā. Quod autē iustorū anima fiant lumen cāleste,

Mat. 5. » domin⁹ ipse met apostolis dicebat, Vose stis lux mudi.

b. » Qui enim ipsos fecerat esse lucē, per eos mudi illumi-

» nari p̄cepit: Nec accendūt, inquit, lucernā, & ponūt

Ibidē. » eā sub modio, sed super candelabrum: & lucet omni

» b⁹ qui sunt in domo: sic luceat lux vestra corā homi-

» nib⁹. perinde ac si dixisset, Ne absconderitis donū quod accepistis à me: sed date omnibus volētibus. Et iterū,

Mat. 6. » Lucerna corporis est oculus. Si oculus tuus fuerit sim-

c. » plex, totū corpus tuum lucidum erit: si autem oculus

» tuus fuerit nequā, totū corpus tuū tenebrosum erit.

» Si ergo lumē quod in te est, tenebrae sūt, ipsa tenebrae

» quantæ erūt? Quēadmodū enim oculi sunt lumē corporis, qui si sani fuerīt, totū corpus lucidū est: si vero

» quippiā incidat vt obtenebrescat, vniuersum corpus tenebrosum est: sic & apostoli cōstituti sunt velut oculi & lumē totius mundi. Denūciabat igitur Domin⁹

» illis dicēs, Si vos qui lumen estis mudi, perseueraueri-

» tis, nec deflectatis, ecce corpus vniuersum mudi luci-

» dū erit. Quod si vos qui lux estis, obtenebrescatis, quā

» tē futurę sunt tenebrę mudi? cū ergo lux esset aposto-

Smile

Apg

li, lucē administrauerunt credentibus, & eorū corda
 illuminauerunt cælesti lumine spiritus, quo & ipsi
 erāt illuminati. Et cùm essent sal, cōdiebāt & saliebāt
 omnē animam credētem, sale sancti spiritus. Dicebat Mat. 5.6
 enim illis Domin⁹, Vos estis sal terræ, animas homi-
 num appellás terram. Nam subministrauerūt in ani-
 mis hominū cæleste sal spiritus, cōdientes illos ac red-
 dentes incorruptos & immunes à fœtore multo. Nā Simile
 sicut carnes, nisi sale aspergantur, corrūpūtur & gra-
 uiter olen, ita vt omnes auersentur pessimum illum-
 odorem: vermēsque subrepūt in carnes corruptas, &
 ibi aluntur, edunt, ac nidificant: si verò sal accesserit,
 tolluntur ac pereunt vermes, qui prius illic pascebā-
 tur, & euaneſcit illa graueolentia (ea enim est natura
 salis, vt vermes interimat, & grauem odorem deleat)
 codem modo & omnis anima quæ non fuerit condi-
 ta spiritu sācto, nec fuerit particeps salis cælestis, hoc
 est virtutis dei, computrēscit, & multo prauarum co-
 gitationum fœtore plena est: ita vt auertatur facies
 dei ab illo graui odore vanarum & tenebrosatnm co-
 gitationum affectionūmque, quæ in eiusmodi anima
 inhabitant: & noxijs atque improbi vermes, qui sunt
 spiritus nequitia, itidem & potestates tenebrarum in
 illa deambulant, illic pascuntur, nidificant, & repūt,
 illāmque exedunt & corrūpunt. Putruerunt enim, Psa. 37.4
 ait, & corruptæ sunt cicatrices meæ. Cū verò con-
 fugerit ad deum, eiq; crediderit, ab eoque petierit sal
 vitæ, nempe bonum & humanum spiritum, tunc cæ-
 leste sal accedēs, perimit illos diros vermes, grauēm-
 que delet odorem, & expurgat eum virtute potentia

Salis nascit
hoc est
offereba
sur in ho
locauistū
domino.
Smite
in Christus
Gal. 6. d.

suæ: hòcque modo salis illius veri beneficio restituta
 sanitati, & à corruptione liberata, in vsum & minist
 rium domini cælestis ordinatur. Hac quoq; de cau
 sa in lege deus, vtens exemplo, iussit victimas omnes
 sale condiri. Oportebat igitur primùm victimam à la
 cerdote mactari, & mori, deinde diuisam sale cōspic
 gi, tādem igni superponi. Nisi enim prímū sacerdos
 ouem mactasset & occidisset, non saliebatur, neque
 "deo veniebat in odorem suavitatis. Sic & animam
 nostram accendentem ad Christum verum pontificē,
 ab ipso mactari conuenit, & affectui mori, & ante
 actæ vitæ improbæ, hoc est peccato: ab eaque nequiti
 at affectionum tanquam vitam egredi oportet. Si
 cut enim corpus mortuū est, cùm exierit anima, nec
 ultra viuit ea vita qua viuebat, non audit, neque am
 bulat: sic vbi Christus cælestis pontifex per gratiam
 virtutis suæ mactauerit & occiderit mundo vitam
 nostrā, extincta est, quo ad improbam vitam qua vi
 uebat, nec amplius audit aut loquitur, neque conuer
 satur in tenebris peccati: propterea quòd nequitia af
 fectionum, quæ erat tanquā anima eius, per gratiam
 deceſſit. Quod & apostolus clamat, dicens, Mihi
 mundus crucifixus est, & ego mundo. Nam anima
 quæ adhuc viuere perseuerat in mundo & tenebris pec
 cati, necdū mortificata est ab eo, sed adhuc habet in
 seipsa animam malitiæ, hoc est vim tenebrarum quæ
 adferunt affectiones peccati, ab ea nutritur, non
 est de corpore Christi, nec de corpore luminis: sed est
 corpus tenebratum, & à partibus tenebratum adhuc
 persistit. Sicut ediuerso qui prædicti sunt anima lucis,

hoc est virtute spiritus sancti, ex parte sunt lucis. Sed
 dicet quispiam, Quomodo afferis animam esse cor-
 pus tenebrarum, cùm ab illis nō gignatur? Hic atten-
 de, ut rectè intelligas. Quemadmodum indumentū *Simile*
 aut vestem quam gestas, alius quidem præparauit, tu
 verò illam induisti: similiter & domum alius ædifica-
 uit & construxit, tu verò habitas in illa: sic Adam *H. omnis*
 transgrediens mandatum dei, & obediens improbo
 serpenti, vendidit seipsum diabolo: & tum ille ne-
 quam induit animam eius, illam nempe creaturam
 præclaram, quam condiderat deus ad imaginē suam:
 vt & apostolus ait, Expolians principatus & potesta-
 tes, triumphauit de illis in cruce. Hac enim de causa *Colof. 2.*
 dominus venit, ut expelleret illos, & reciperet do-
 mum propriam & templum proprium, videlicet ho-
 minem. Proinde anima dicitur esse corpus tenebra-
 rum & nequitię, quandiu sunt in ea tenebre pecca-
 ti. Quia illic viuit in seculo nequam tenebrarum, &
 illuc detinetur captiua. Quemadmodum & Paulus
 appellans corpus peccati & corpus mortis, ait, Ut *Ro. 6. b.*
 destruatur corpus peccati. Et rursum, Quis me libe- *Ro. 7. d.*
 rabit de corpore mortis huius? Ediuerso anima que
 deo credidit, & liberata est à peccato, mortificata vi-
 tē tenebrarum, & lumen spiritus sancti tanquam vi-
 tam recepit, inde viuens, ibi postea perseuerat: quia
 ibi regitur à lumine diuino. Neque enim anima est
 natura diuinę, neque rursum naturę tenebrarum &
 nequitię: sed est creatura quædam intellectualis, spe-
 ciosa, insignis, admiranda & præclara, similitudo &
 imago dei: in quam, propter transgressionē, nequitia

affectionum tenebrosarum introijt. Quod reliquum
 est, sub cuius dominio est anima, huic etiam per vo-
 luntatem adhaeret & vniata est. Siue ergo lumen di-
 uinum in se habeat & in eo viuat, omnibus lucis &
 quietis virtutibus abundat: siue tenebris peccati de-
 tineatur, condemnationē consequetur. Decet itaque
 animam, quæ apud deum viuere statuit, in quiete &
 lumine perpetuo accedere, ut prædictū est, ad Chri-
 stum verum pontificem, & mactari atque mori mun-
 do, priorique vitæ tenebrarum & nequitiae, & tra-
 duci in aliam vitam & educationem diuinam. Ve-
 lut si quis in ciuitate decesserit, nō iam audit vocem
 aut sermonem eorum qui in ea habitant, neque eorū
 quæ illic geruntur, rumorē: sed prorsus mortuus est,
 & in aliū locum translatus, in quo nullæ tales sunt
 voces aut clamores, quales erant in illa ciuitate: sic
 & anima vbi mactata fuerit, & mortua conuersa-
 tioni illi & ciuitati nequitiae affectionum, in qua
 prius viuebat, non audit ultrā apud se vocem dispu-
 tationum obscurarum, nō amplius auditur sermo ne-
 que clamor altercationis vanæ, & tumultus spiri-
 tuum tenebrarum: sed translata est in ciuitatem pro-
 bitate & pace plenam, in ciuitatem inquam lucis di-
 uinæ: ibi viuit & audit, ibi conuersatur & loquitur
 & ratiocinatur, ibique operatur opera spiritalia &
 deo digna. Deprecemur ergo & nos, ut mactemur per
 virtutem ipsius, & moriamur seculo nequitiae tene-
 brarum, auferaturque à nobis spiritus peccati, & in-
 duamur, recipiamusq; animam cælestis spiritus, atq;
 transferamur è malitia tenebrarū ad lumen Christi,

Si macte

anima

H O M I L I A I.

9

& requiescamus in vita per vniuersa secula. Cæterum perinde ac cum in stadio curritur, currus præcedens impedit, retinet, atque prohibet sequentem, ne præcedat & perueniat ad palmam: ita cogitationes animæ atque peccati currunt in homine. Si ergo contingat, cogitationem peccati præcedere, impedit illa atque retinet, & prohibet animam accedere ad deū, & contra peccatum reportare victoriam. Quod si dominus ipse infederit & ducat animam, semper ille vincit, ducens & dirigenſ per omnia prudenter currum animæ ad sapientiam cælestem atque diuinam. Neque enim dimicat cōtra malitiam, sed auctoritate & potentia sua superior existens, semper victoriā parat. Ducuntur igitur Cherubim, non quod volunt pergere, sed quod ſeſſor & auriga dirigit: & quod libuerit illi, eō progrediuntur: & illos ſuſtentat. Manus enim, inquit, hominis ſub illis erat. Agutur animæ ſanctæ & diriguntur à ſpiritu Christi, ducente quod voluerit, & quando libuerit, nunc per cæleſtes cogitationes, modo per corpus: vbi placuerit, illic ei miniftrant. Sicut enim volucrum pedes ſunt alæ: ita lumen cæleſte ſpiritus aſſumit alas cogitationum dignarum anima, dirigenſ & ducens prout nouit ille ſpiritus. Tu ergo cūm hæc audis, attende tibi ipſi, an poſſi deas illa opere & veritate in anima tua. Non enim ſunt verba nudè prolata, ſed opus veritatis eſt in anima productum. Quod ſi non es adeptus, ſed carē tatis bonis ſpiritualibus, angī, lugere & aſſiduē laborare debes, tāquam adhuc mortuus à regno, & quaſi ſauciatus ſemper ad dominum vociferare, & poſtula

Smale confidenter, ut ipse hac vera vita dignus fias. Nam si
 cut deus, dum corpus hoc conderet, non ex sua ipsius
 natura, neque ex corpore dedit ei vitam habere, escā,
 potum, vestimenta atque calceamenta: sed cū ipsum
 per se corpus nudum creasset, omnia quæ ad vitam
 sunt necessaria, extrinsecus habere cōcessit, ita ut cor-
 pus viuere non possit absque illis quæ extra corpus
 sunt, hoc est sine cibo, potu & indumentis: quod si in
 sua ipsius natura tantum steterit, nullo exteriori as-
 sumpto, corrumpitur & perit: hoc ferè modo & ani-
 ma quæ non consecuta fuerit lumen diuinum, creata
 tamē ad imaginem dei (ita siquidem disp̄slavit deus
 beneplacito suo illam consequi vitam æternam) non
 ex sua natura, sed ex diuinitate ipsius dei & pecu-
 liari spiritu atque lumine, escam & potum spiritalem
 consequitur, & indumenta cælestia, quæ sunt vera vi-
 ta animæ. Quemadmodum ergo corpus ex seipso nō
 viuit, ut antè dictum est, sed aliude, hoc est à terra,
 ita ut viuere non possit sine externis: sic & anima,
L. nisi regeneretur à modo in terram illam viuentium,
anna & inde spiritualiter nutriatur, & spirituali modo cre-
 scat proficiens domino, induatürque à diuinitate ar-
 canis vestimentis cælestis pulchritudinis, impossibi-
 le est illam ex seipsa sine cibo illo viuere in gaudio &
 quiete. Habet enim etiam diuina natura panem vite
Ioā. 6.4. eum qui dicit, Ego sum panis vitae: & aquam viuen-
 tem, itidem & vinum lætitificans cor hominis, & oleū
Ps. 103.6. lætitiae, necnon multiplicem cibum cælestis spiritus,
Ps. 44.6. vestimenta denique lucis cælestia, quæ à deo proce-
 dent: in iis consistit animæ vita æterna. Væ corpori

cum in sua ipsius natura steterit: quia corruptitur atque moritur. Vx etiam animæ, si in sua solius natura consistat, & in suis operibus tantum fiduciā habeat, non facta particeps diuini spiritus, quia mortua est, indigna diuina æternaque vita. Nam quemadmodū in infirmis si corpus ultra cibum sumere nequeat, desperant de ipsis, ac deflēt omnes amici veri, cognati atque dilecti: ita luget deus & angeli sancti animas illas quæ non vescuntur cœlesti spiritualique cibo, nec viuant in incorruptione. Hæc ipsa (rursum assero) nō sunt verba nuda, sed opus vitæ spiritualis, opus veritatis, quod completur in anima digna & fideli. Quapropter si factus es dei thronus, & insidet in te cœlestis auriga, & anima tua tota euasit oculus spiritualis, & tota facta est lux: si etiam enutritus es cibo illo spirituali, & hausisti ex illa aqua viua, atque induisti arcani luminis vestimenta: si denique tuus homo interior expertus iis omnibus abundat, ecce iam viuis vi tam re vera æternam, à modo cum domino anima tua requiescente: en adeptus es & accepisti hæc à domino in veritate, ut viuas veram vitam. Quod si nihil horum in te ipso sentis, plora, angere & conquerere: quia spiritales & æternas diuitias proculdubio nondum es assecutus, nec veram vitam adhuc accepisti. Solicitus igitur esto de penuria tua, deprecans dominum noctes & dies, eo quod in graui paupertate peccati sis constitutus. Utinam vero sit aliquis, qui ob inopiam suam laboret, & non veluti saturati securè viuamus: quia qui talem sustinet laborem, & quaerit, atque postulat indesinenter à domino, mox con-

Simele

Deus

sequetur redēptionem ac diuitias cælestes : sicut do-
minus dicebat, cum de iudice iniquo & vidua ser-
monem haberet, Quāto magis deus vindictam faciet
Luc.18. clamantium ad se nocte & die? Cerrè dico vobis, quia
b. citò faciet vindictam illorum. Cui gloria & imperiu
in secula. Amen.

DE REGNO TENE- BRARVM, HOC EST PEC- cato: *& hominem solius Dei bene- ficio liberari ab eo.*

HOMILIA II.



E G N V M Tenebrarum,
princeps ille nequam , cùm
ab initio captiuum hominem
reddidisset, animam tanquam
hominem circundedit & ve-
stivit potestate tenebrarum .

Et faciant , inquit , illum re-
gem & induant illum vesti-
mentis regiis , & à capite usque ad vngues gestet
regia vestimenta. Ita induit animam & totam eius
hypostasin peccato princeps ille improbus , totam-
que maculauit, penitusque captiuam in regnum
suum reddidit: non reliquit ullum ipsius membrum
à se liberum, non cogitationes, non mentem, nō deni-
que corpus; sed induit eam purpurco tenebrarū ami-

Quemadmodum enim corpus nō in parte aliqua
 aut membro patitur, sed totū vndiq; patibile est: sic
 & anima tota nequitiae & peccati affectionibus est
 obnoxia. Induit igitur ille nequam animam totam
 (quæ hominis est præcipua pars & membrum) ma-
 litia sua, hoc est peccato: arque ita factum est, ut
 corpus passioni atque corruptioni obnoxium esset.
 Nam cùm ait apostolus, Exuite veterem hominem, **Colos. 3.**
 integrum dicit: nempe oculos habētem oculis suis ad **b.**
 ictos, caput capiti, aures auribus, manibus manus,
 & pedes pedibus. Totum enim hominem, animā vi-
 delicet & corpus, improbus ille maculauit. Distorsit
 itaque & induit hominem veteri homine & pollu-
 to, impuro atque dei inimico, nec legi dei subdito, né
 pe ipso peccato: ita ut iam non videat homo quēad-
 modum ei libet, sed perperam videat atque audiat,
 habens pedes festinantes ad malum perpetrandum, **Prov. 1. 6**
 & manus paratas ad iniquitatem admittendam, **cor Psal. 57. 4**
 etiam cogitans prava. Deprecemur ergo nos quoque
 dominum, ut exuat nos homine veteri: quia solus ille
 potest à nobis auferre peccatum. Nam fortiores nobis
 sunt, qui nos captiuos duxerunt, & detinēt in suo re-
 gno: Dominus autem pollicitus est, se liberaturū nos
 ex hac seruitute. Quemadmodum enim sole lucēte, **Smile**
 & flante vento, sol quidem proprium corpus habet
 & propriam naturam, itidem & ventus naturam
 suam & suum corpus habet, nullusq; potest separare
 ventum à sole, nisi solus deus sedauerit ventum, ne
 fieri amplius: sic & peccatum animæ permixtum est,
 cùm alioqui vtrunque propriam naturam habeant.

Est igitur impossibile, animam à peccato separare, nō
 si deus cessare faciat, & sistat improbum illum ven-
 tum habitantem in anima & corpore. Item sicuti cū
 quispiam videns auem volantem, velit & ipse vola-
 re, vtique non potest, cūm alas non habeat: sic & ho-
 mini quidem adiacet velle purum esse, irreprehensi-
 bilem & immaculatum, & nihil habere in se vitium, sed
 semper esse cum deo: facultatem autem non habet
 volare quidem in aerem illum diuinum, atque liber-
 tate sancti spiritus cōsequi desiderat: atqui, nisi alas
 acceperit, id non potest. Obtestemur itaque deum,
 psal. 54.
 ad.
 ut det nobis alas columbæ sancti spiritus, atque ita
 ad eum volare possimus & requiescamus, vt etiam
 separet ab anima & corpore nostro, & extinguat im-
 probum spiritum, ipsum videlicet peccatum habi-
 tans in membris animæ & corporis nostri. hoc enim
 Ioh. I. d.
 solus ille potest facere. Ecce enim, ait, agnus dei, qui
 tollit peccatum mundi. Solus inquam ille misericor-
 diam hanc exercuit erga homines credentes in eum,
 quod redimat ab iniustitate: & in eos qui expectant
 semper ac sperant & quærunt assidue, inenarrabilem
 hanc confert salutem. Perinde ac in atra & obscurâ
 nocte, cum flat ventus quidem acerbus, plantas om-
 nes & semina commouet, impellit & agitat: sic &
 homo cadens sub potestate noctis tenebrarum dia-
 boli, & agens in nocte & tenebris, concutitur graui
 vento peccati flante, cietur, commouetur & exagita-
 tur per uniuersam sui naturam, in anima videlicet,
 in cogitationibus suis & mente: omnes denique par-
 tes corporis concutiuntur, neque pars ullâ corporis

aut animæ immunis est, quæ non sit affecta ab inha-
 bitante in nobis peccato. Itaque dies luci similis est,
 ventus autem diuinus spiritui sancto similis, perflans
 & viuificans animas degentes in die luminis diuini,
 penetrans vniuersam hypostasin animæ ac cogitatio-
 nes, & viuificans substantiam omnē, & omnes cor-
 poris partes, faciens illas quiescere requie diuina &
 ineffabili. Hoc dicebat apostolus, Nos non sumus fi- I. Thessal.
lon. 5.4.
 lij noctis neque tenebrarum: omnes enim vos filij lu-
 cis estis, & filij diei. Et quemadmodum illic in via er-
 roris, vetus homo perfectum hominem exuit, ita ut
 ferat indumentum regni tenebrarum, indumentum
 blasphemiae, infidelitatis, audaciæ, vanæ gloriæ, arro-
 gantiæ, auaritiæ, concupiscentiæ, & reliqua eiusmo-
 di regni tenebrarum pannosa ornamenta impura &
 polluta: ita vicissim hīc quicunque exuerūt veterem
 atque terrenum hominem, quōsque Iesus exuerit ve-
 stimentis regni tenebrarum, induerunt illi nouum &
 cælestem hominem Iesum Christum: & hoc rursum
 simili modo ut oculi accedant oculis, aures auribus,
 capiti caput, ut totus purus sit & gestans imaginem
 cælestem. Proinde induit eos dominus indumentis re-
 gni lucis arcanae, indumentis fidei, spei, dilectionis,
 gaudij, pacis, bonitatis, benignitatis, & reliquis con-
 similibus indumentis lucis & vitæ, diuinis & viuis,
 plenis quiete ineffabili: ut quemadmodum deus di-
 lectio est, gaudium, pax, clementia & bonitas, talis
 & nouus homo fiat per gratiam. Et quemadmodum summe.
 regnum tenebrarum siue peccatum, absconditum est
 in anima usque ad diem resurrectionis, quando &

ipsum corpus peccatorum reuelabitur vñà cum tenebris in anima modò latentibus: sic & regnum lucis ac cælestis imago Iesu Christus mysticè quidem nūc animā illuminat, & regnat in anima sanctorum, absconditus ab oculis hominum. Et solis oculis animæ Christus verè videtur vsque in diem resurrectionis, quo corpus ipsum reuelabitur & glorificabitur lumine domini, quod nunc latet in anima hominis: vt & ipsum corpus vñà regnet cum anima, quæ iam nunc adepta est regnum Christi, quiescens & illustrata lumine æterno. Gloria sit misericordia & commiserationi ipsius: quia miseretur servorum suorum, & illuminat & libera-

rat eos è regno tenebrarum, & elargitur illis lumen & regnum suum. Cui gloria & imperium in secula. A-men.

DE

DE QUIETA FRA-
TRVM INTER SE CON-
uersatione, & prælio interiori,

HOMILIA III.

FRATRES in charitate summa debent inter se conuersari, siue precibus dent operam, siue legant scripturas, seu quippiam operis peragant: ut mutuae dilectionis fundamentum habent, & ita grata possint esse illa studia, & qui deo supplicant, & qui incumbunt lectioni, qui etiam operantur, omnes possint in synceritate & simplicitate agentes ab inuicem adiuuari. Ad quid enim scriptum est, **Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra?** Nempe ut quemadmodum in cælis angeli conueniunt inter se in concordia multa, in pace & dilectione, neque ibi regnat aliqua superbia aut inuidia, sed in charitate & synceritate sunt inter se: sic & fratres mutuo conuersentur. Si contingat triginta in unum conuenire, fieri non potest, ut integrum diem atque noctem vna perseveret: sed quidam illocutum precibus dant operam sex horas, postea legere volunt: alij propensè ministrant, alii nauant operis quippiam. Debent ergo fratres, si quid agunt, in dilectione & gudio simul conuersari: & qui operatur, de eo qui preces fundit, ita dicere debet, nempe, **Sum**

B

particeps thesauri quem comparat frater meus: quia communis est. Qui verò supplicat, de legente ita secū reputet, fruct⁹ quem ille capit ex lectione, meo lucro cedit: qui autem ministrat, mox ita cogitet, nempe, Ministerium quod exhibeo, cedit in commune utilitatem.

Simile

R. 12. vnumquaque proprio fungitur officio: verbi gratia,
b. & l. oculus pro vniuerso corpore videt, manus pro omnibus membris operatur, pes quoctunque pergens ambulat, circumferens vniuersa membra, & nihil omninus aliud membrum compatitur: sic & fratres sibi in uicem cedant: neque is qui precatur, operantem dānet quòd non precetur: neque qui operatur, orantem cōdemnet, inquiens, Ille quiescit, & ego operor. neq; qui ministrat, alterum iudicet: sed quisque cūm agit quippiam, ad gloriam dei faciat. Qui legit, orantem amore & gaudio cōplete debet, secum hoc reputas, quia pro me precatur. Et qui orat, ita de operante cogitet, nempe, Quod facit ille, in communē utilitatem peragit. Hōc q; modo ingens ille consensus & pax atque concordia continebit illos inter se in vinculo pacis: conuersabunturque mutuò in synceritate & simplicitate, deo pergrati. Præcipuum autē est omnium continuatio precum opportuna. Veruntamen vnum est necessarium, videlicet, vt habeat quis thesaurum in anima, & vitam, qui est dominus, in animo, siue quippiam operetur, siue preces emitrat, siue det operam lectioni: vt habeat possessionē illā minimē labilē, quæ est spiritus sanctus. Sunt verò nōnulli, qui aiunt,

dominum exteriores & manifestos solum fructus ab hominibus exigere: deum autem emendare interiora. Atqui non ita se res habet: sed quemadmodum homo ab exterioribus sibi cauet: ita debet & aduersus cogitationes inire praelium & dimicare. Petit enim a te dominus, ut tibi ipse succedes, & bellum geras cum mente tua, neque consentias ne ve componas cum cogitationibus prauis. Quod vero superest, extirpare videlicet peccatum & adhaerens nobis vitium, hoc ad solam diuinam potentiam pertinet. Non enim potest homo facultate propria peccatum radicitus euclere. Siquidem certare, resistere, vulnerare, cedere, in tua situm est potestate: extirpare vero, soli deo conuenit. Nam si hoc posses efficere, quid conferret aduentus domini? Sicut enim non potest oculus sine lumine videire, nemquam potest loqui sine lingua, aut absq[ue] auribus audire, aut ambulare carens pedibus, aut sine manibus operari: sic non potes sine Iesu saluari, aut regnum celorum ingredi. Quod si dixeris, stuprum aut adulterium manifestum non commisi, nec sum avarus, quod ad cetera iustus sum: falleris in eo, existimans te omnnia impluisse. Non enim tantum tres sunt peccati species, a quibus cauere quis debet, sed infinitae. Nam superbia, temeritas, perfidia, odium, innidia, deceptio, hypocrisia, unde sunt? An non tibi certandum est aduersum haec vitia in tuis secretis cogitationibus? Quemadmodum si domum tuam latro accesserit, tibi molestus esse non desinet, nec sinet te securè agere: tu vero illi resistere incipies, & cedes atque caderis: ita debet anima resistere, repugnare atque occurrere. quod su-

Summe.

perest, voluntas illa repugnans, & labore gemens, & molestia, superior euadere incipit, cadit, & resurgit. Denuò peccatum decem aut viginti cōflictibus deicit animam, superat ac prosternit: anima verò successu temporis cò semel peruenit, ut vincat peccatum: iterum illa si sustinuerit, nec se remiserit, paulatim superior esse incipit & discernere, palmam denique reportare contra peccatum. Sed in iis, si rectè aduertatur, tandem peccatum euertit hominem, donec euaserit in virum perfectum, in mensuram ætatis. & tum

Ephe. 4. c. 1. perfectè vincet mortem. Scriptū est enim, Nouissimè Corint. „ autem inimica destruetur mors. Et ita homines superiores euadent, & victores diaboli. Quòd si quis (vt 15. d. „ prædiximus) pertinacius dicat, nullo stupro aut adulterio vel auaritia notatus sum, sufficit mihi: ita certè cōtra tres peccati species certauit, sed contra viginti alias species, quæ habet peccatum aduersus animam, non dimicauit: imò victus est. Debet ergo contra omnia peccati genera certare & contēdere. Mens enīm, vt sæpen numero diximus, aduersaria est, parēmq; habet potentiam aduersus peccatum: qua contradicere possit & resistere cogitationibus. Quòd si dicas, fortiorē esse potentiam aduersariam, & vitium homini planè dominari: Deum constituis iniustum, qui cōdemnauerit humanam naturam, quæ obedierit Sathanæ, qui quidem superior est, & necessaria quadā potestate hominem subiicit. Superiorem profectò illū & fortiorē anima fecisti, sed tandem mihi obtēperabis. Quemadmodum si iuuenis præliū ineat aduersus puellum, qui victus condemnatur, eò quòd dū

Simile

perari se passus sit, hoc nō caret iniquo iudicio. Proinde nos asserimus, mentem aduersarium esse facultatem parem. Itaq; anima eiusmodi, quæ summo studio implorauerit auxilium divinum, consequetur illud non sine remuneratione: dignaque habebitur, quæ librationē mereatur. Certamen enim & lucta inter æquales consistit. Glorificemus patrem, & filium, & spiritum sanctum, in secula. Amen.

QVA RATIONE PRO
MOVENDVM IN VITA CHRI
stiana, HOMILIA IIII.

 VI VITA M Christianam exactissimè dirigere desiderant, in primis curare debent illam partem animæ quæ facultatem intelligendi discernendique continet: ut cùm vim ad amissim iudicandi quid bonum quid ve malum sit, adepti fuerimus, potuerimusque planè discernere quæ præter natum in ipsam puram naturam inuehuntur, rectè & indeflexè conuersemur: atque illa discretionis facultate tanquam oculo vtentes, nullum consensum, nullum denique fœdus cum prauis suggestionibus incamus: & ita diuino munere honorati, digni Domino euadamus. Cæterū ab iis quæ subiecta sunt oculis, sumamus exemplū. Similitudinem enim quādam

Simile
 habet corpus cum anima: & quæ corporis sunt, cum
 his quæ spectat ad animam: quæ ve cernuntur, cum iis
 quæ latent. Quemadmodum enim corpus oculum ha-
 bet pro duce, & oculus ipse visu suo totum corpus in-
 videtur rectâ viam dirigit. * Veluti si mihi statuas quandam
hic desi- per loca nemorosa, spinis & luto plena transiuntem,
derari al- ubi reuerberet ignis, gladiique sint affixi, præcipitia,
tera pars & aquæ non paucæ: nihilo minus acris ille. & diliges
similitu- atque imperterritus, habens oculum pro duce, attetè
dinis. planè transgredietur illa loca difficultia, ex omni par-
velpoti te continens vestem suam manibus pedibusque, ne in
suspendi ter nemora illa & spinas discerpatur, aut luto macu-
adhuc de letur, aut discindatur à gladiis: & oculus uniuersum
claratio corpus dicit, cum sit lumen ipsius, ne per præcipitia
nis gra- dilabatur, aut demergatur aquis, aliquà vealia iniu-
sia. ria afficiatur: alacris ille sibi diligenter attendens, &
 cum summa sobrietate transiens, constricta ueste sua
 ab oculo recta directus, seipsum etiam conseruat illæ-
 sum, similiter & uestimentum suum non uestum ne-
 que fractum. Si vero quispiam piger, remissus, socors,
 tardus & ignavus per talia loca gradiantur, uestis e-
 ius hinc & inde defluens, in nemora & spinas dilapsa
 dissipatur, aut ab igne exuritur, quia non vndique vi-
 riliter illam tenet, aut ab affixis ensibus scinditur, vel
 polluitur luto, &c, ut semel dicā, citissimè perdit præ-
 clarum illud & nouum uestimentum, propter negli-
 gentiam, ignauiam & incuriam suam. Imò etiam, ni-
 si rectè atque diligenter oculum adhibeat, etiam ipse
 in vallem præcipitabitur, aut aquis submergetur. Ad
 eundem ferè modum anima, quæ corp° gestat veluti

quoddam præclarum vestimentum, prædicta facultate discernendi dirigente totam animam cum corpore transiuntem per nemora & spinas vitæ, per lutum, ignem & præcipitia, hoc est desideria & voluptates & reliqua seculi huius absurdæ, ex omni parte debet cum sobrietate, labore, studio & diligentia coercere & conseruare seipsum corporeumque indumentum, nec ubi dissipetur ab huius mundi memoribus & spinis sollicitudinum, negligentiam & distractionum terrenarum, aut ab igne concupiscentiæ exuratur: ea inquam velut induita oculum auertit, ne praua videat: similiter & aurem subducit, ne detractiones audiatur: & linguam, ne vana loquatur: manus & pedes, ab omnibus malis operationibus. Habet enim anima voluntatem auocandi & cohibédi membra corporis à pessimis aspectibus, & à praua turpique auscultatione, à sermonibus parum decentibus, ab operibus secularibus & peruersis. Auertit quoque seipsum anima ab occupationibus malis, conseruans cor, ne cogitationes per mundum volentur. Hocque modo sum mo cum labore atque studio cohibens vndeque diligenter membra corporis, à vitiis minimè dissipatum, non adustum, neque luto maculatum conseruat præclarum corporeum indumentum. Ipsa denique per voluntatem illam cognoscendi, intelligendi & discernendi peritam, & ut plenè dicam, per virtutem domini conseruabitur, quæ seipsum pro viribus coeret, & ab omni desiderio mundo reuocat: & sic à domino capit auxilium, ut verè custodiatur à prædictis malis. Vbi enim dominus conspicerit quendam strenuè de-

clitanterem voluptates vitæ atque distractiones, solitudines crassas laqueosque terrenos, & occupationes cogitationū vanarum, præbet illi auxilium peculiare gratiæ, animamq; illā, quæ præsens seculū nequā viriliter transmeat, cōseruat illæsam, tū illa cælestes laudes cōsequetur à deo & angelis, eo quod suū corporeū vestimentū diligēter custodierit, & seipsum pro virtibus, vniuersam mundi concupiscentiā auersata, & à domino adiuta, cursum stadij huius mundi viriliter trāsierit. Siquis autē in socordia & pigritia sine ulla attentione conuersetur in hac vita, minimè declinās sponte sua vniuersa mūdi desideria, solum dominum toto corde requirens, in spinas & nemora huius mundi ruit, & ab igne concupiscētiæ corporea vestis exunitur, & à luto voluptatū polluitur: & tandem anima trepida in die iudicij inuenitur, eo quod vestimentum suum custodire nō potuerit, sed corruperit illud deceptionibus huius seculi: & ob id à regno expellitur. Quid enim facturus sit deus illi, qui seipsum sua spōte mūdo tradiderit, & voluptatib⁹ eius decipitur, ac per occupationes crassas oberrat? Nā illi præbet vtiq; auxilium, qui crassas huiusmodi delicias exhorrescit ac pristinā consuetudinē, & vi trahit iugiter animum ad dominū, quíq; seipsum abnegat, & solum dominū quaerit: hunc cōseruat, nēpe qui se custodierit vndiq; à laqueis & retibus syluæ huius mūdi, qui etiā cum timore & tremore salutē suā operatur, & cum summa animaduersione per laqueos & technas concupiscētiarū huius mundi transmeat, atq; implorato domini auxilio, per misericordiā ipsius & gratiā saluari spe-

rat. Nā ecce quinq; virginibus prudētibus & sobriis Mat.25.
summa cū alacritate accersētibus hospitē naturæ suæ, ^{4.}
acciētibūsq; oleū in vasis cordis sui, nēpe supernam
sancti spiritus gratiā, licuit vnā cū spōso ingredi tha-
lamū cælestē. Aliæ verò fatuæ, quæ in propria natura
permāserunt, nec seruata sobrietate dederūt operā, vt
acciperēt oleū exultationis in vasis suis, sed tanquam
adhuc in carneviuētes, per negligentiā, socordiā, desi-
diā atq; ignoratiōnē, aut etiā opinionē quandā iusti-
tiæ, veluti somno demersæ fuerūt: propter quod à tha-
lamo regni exclusæ sunt, vt pote quæ cælesti spōlo mi-
nimè placere potuerūt: quia vinculis huius mūdi &
terreno quodā amore deuinctæ, totā suam dilectionē
atq; amorem in spōsum cælestem nō cōtulerūt, neq;
sumpserūt oleum. Etenim animæ illæ quæ suæ naturæ
quærūt hospitē sanctificationē spiritus, totæ per dilec-
tionē domino adhærēt, ibi deambulāt, ibi precātur,
in eo cogitationes suas collocāt, reliqua omnia decli-
nantes: ynde fit, vt dignæ habeantur, quæ oleū gratiæ
cælestis accipiant, & ita sine offensione viuere queāt,
spirituali spōso gratissimæ. Animæ siquidē illæ queāt in
sua simplici natura remanēt, cogitationibus hūmī re-
punt, quæ terrena sunt meditātur, humi versatur mēs
illarum, & habitat: licet opinione sua ad sponsum se
pertinere putent, & iustificationibus carnis splēdere:
ceterū cum non acceperint oleum lætitiæ, minimè
desuper è spiritu sancto renatæ sunt. Nam quinque
sensus animæ rationales vbi supernā gratiam & san-
ctificationem spiritus acceperint, verè sunt prudētes
virgines, quæ sapientiam gratiæ desuper adeptæ sunt.

Si mīle. Quod si in sua ipsarum natura nuda constiterint, facta reperiuntur, & filiae huius mundi esse demonstratur: eò quod non exuerint spiritum huius mundi, qui vis exteriore sermone atque figura, sponsi ipsius videantur esse sponsæ. Quemadmodū enim animæ quæ domino totæ penitus adhærent, ibi versantur per cogitationem, illico rationes suas effundunt, ibi inambulant, & illic desideria sua collocant in dilectione domini: ita vicissim animæ quæ se dilectioni huius mundi tradiderunt, & in terra commorari desiderant, illic expatiantur, quæ illic sunt, cogitant, illic eorum animus immoratur. & ob id etiam ad prudentiam bonam sancti spiritus consequēdam conuerti nequeunt, quæ est hospes naturæ nostræ: dico autem gratiam cœlestem, quam oportet simul esse & agglutinari naturæ nostræ, ut possimus vñ à cum domino ingredi cœlestem regni thalamum, & salutem æternā consequi. Nam pro hospite naturæ nostræ, per inobedientiam primi hominis, nequitiam affectionū in nobis ipsis suscepimus; quam assuetudine & usu multo versam in nostram naturam, per verum hospitem naturæ nostræ, quod est donum cœlestis sancti spiritus, denuo expelli conuenit, & in pristinam puritatem restitui. Etenim nisi frequēti petitione, postulatione, fide, atque depreciatione deflectentes ab hoc mundo, charitatem illam sancti spiritus de cœlo nunc consecuti fuerimus, nostraque nostra adhæserit charitati, quæ dominus est, & per charitatem illam spiritus sanctificata fuerit a nequitia, qua polluta est, nōsq; usque ad finē innoxij perseverauerimus, in omnib⁹ præceptis eius studiose

conuersati, regnum cælestē consequi non poterimus.
At quis subtiliorem quendam sermonē atque profundiorem, secundum facultatem mihi cōcessam, depro-
mere libet. quapropter attentē audite. Deus, cum sit
infinitus, inaccessus, & increatus, per infinitā & in-
comprehensam bonitatem suam corpus assumpsit, at
que, ut ita dicam, imminuit se ab inaccessa gloria, vt
vniri posset creaturis suis visibilibus, nempe animis
sanctorū atque angelorum: vt ita participes esse pos-
sent vitæ diuinæ. Vnumquodque enim horum prona-
tura sua corpus est, siue sit angelus aut anima, seu dæ-
mon. Licet enim hæc corpora tenuia sint, nihilo min⁹
in substātia, charactere & repræsentatione, pro sub-
tilitate naturæ sūx, corpora sunt subtilia: quemadmo-
dum & corpus istud secundū suam substatiā cras-
sum est. Sic itaque anima, cum sit tenuis, cōpleteatur
in oculum, per quem videt: autem, per quā audit:
similiter & linguam, per quam loquitur: itidem &
manū, & planè vniuersum corpus. Et cùm anima
hæc membra corporis contineat, simul contemperata
est cum eo, per quod exercet omnia vitæ huius opera.
Ad eundem quoque modum de⁹, qui infinitus est, &
intellectu comprehēdi non potest, per bonitatem suā
seipsum demisit, induitq; membra corporis huius, &
cohibuit seipsum ab inaccessa illa gloria, ac per clemē-
tiam & humanitatem mutata figura seipsum corpo-
reum reddit, permiscetur, & apprehendit sanctas ani-
mas sibi pergratas atque fideies, firque spiritus unus *1. Cor. 6. d.*
cum illis, vt Paulus eloquitur, atq; vt ita dicam, ani-
ma euadit in animam, & substantia in substantiam.

quod possit anima in nouitate viuere, vitamq; immor-
 talē sentire, & particeps fieri & ternæ gloriæ, illa nem
 pe anima, quæ deo digna est, & illi per placet. Nam si
 deus ex iis quæ non erant, cōdidit creaturā hanc visi-
 bilem, fecitque ut esset multiplex & varia, quæ prius
 quam fieret, nō erat: voluit etiam, & per facilem crea-
 uit ex his quæ non erant, substārias crassas atque du-
 ras, veluti terrā, montes, arbores (vides quæ sit du-
 rities naturæ) & rursum medias aquas, & ex illis vo-
 latilia produci mandauit: & denuò subtiliora, velut
 ignem & ventos, & reliqua, quæ propter sui tenuita-
 tem oculo corporeo videri nō possunt. Quo pacto ars
 infinita & inenarrabilis multiformis sapientia dei
 creauit ex iis quæ non erant, tam illa quæ crassiora
 sunt, quam subtiliora & simpliciora corpora subsi-
 stere fecit voluntate sua, quanto magis ipse, qui est vt
 libet, & quod libet, benignitate indicibili & bonita-
 te incomprehensa ductus, sed trāsmutat & demittit,
 atque similem animarū sanctorū & fidelium seipsum
 reddit, assūpto, quoad fieri potest, corpore, vt perspi-
 ciatur ab illis, qui alioqui inuisibilis est: & palpetur,
 qui secundum naturam subtilitatis suæ palpari nō po-
 test: & ita gustent suavitatem ipsius, & dulcedine lu-
 cis arcanae oblectationis experientia ipsa fruantur.
 cum libuerit, deus ipse fit ignis exurens omnem im-
 probam affectionem animæ extrinsecus illatam. Et
 Denter enim deus noster ignis, inquit, consumens est: quando
 4.d. vult, fit arcana & inenarrabilis requies, vt anima di-
 Hebr.12. uina' requiecat: ubi libet, fit gaudium & pax,
 g. fruens & exornans animam. Quod si deus dignatur

assimilare se vni ex creaturis, ad exultationem & lætitiam intelligibilium creaturarum, veluti ciuitas lucis Ierusalem, aut mons Sion cælestis, potest pro arbitrio omnia. quemadmodum dictū est. Vos autem accessistis ad Sion montem, & ciuitatem dei viuētis Ierusalem cælestem: per facilia sunt ei omnia, qui se in quælibet transmutat, in gratiā fidelium & eo dignarum animarum, modò quis det operam, ut amicus & pergratus illi fiat: qui quidem experientia ipsa & sensu perspiciet cælestia bona & delicias inenarrabiles diuinitatisq; diuinitatis verè immētas. quæ quidem omnia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. fitque spiritus domini, in requietem, exultationem, delicias, & vitam æternā animarum dignarū. Seipsum enim format dominus in escā, sicut scriptum est in Euangelio, Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. vt inenarrabili modo tranquillet & impleat animam latititia spiritali. ait enim, Ego sum panis viuus. Itidem transformat se in potū cælestis potionis, sicut dixit, Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vi- tam æternam. Et, Omnes, ait, eundem potum spiritali- lem biberunt. Sic & vnicuique sanctorum patrum ap- paruit, prout ei libuit & expediebat: aliter Abrahæ, aliter ipsi Isaac, aliter Iacob: alio modo Noë, Danieli, Davidi, Salomonis, Esaiæ, & cuique sanctorum prophetarum: aliter Eliæ, & aliter Mosi. Ego ve- rò existimo, Mosem, dum esset in monte, in ieiunio illo quadraginta dierum spiritali illi mensæ continenter accubuisse, multis fretum deliciis.

Hebr. 12.

1. Corint. 2.c.

Ioan. 6. f.

Ibidem. 4.

Ioan. 4. b.

L. Corint. 10. a.

Igitur vnicuique sanctorum visus est deus , quemadmodum ei libuit, nempe ad salutem & quietem, & ut illos ad cognitionem dei perduceret. Nam omnia quæ vult, sunt ei perfacilia , & quando illi videtur, scipsum demittendo incorporat & transformat, conspicuum se exhibens diligentibus illum in gloria luminis inaccessa : præ multa & inenarrabili dilectione, apparet iis qui digni sunt, secundum ipsius virtutem. Anima enim quæ ob summū desiderium & expectationem, fidem atque dilectionē, digna fuerit habita quæ recipiat illam supernam virtutē, nempe cælestem spiritus dilectionem: & quæ cælestem ignem immortalis vitæ fuerit adepta, ab omni dilectione huius mūdi re vera soluitur, & ab omni laqueo nequitia liberatur. Quemadmodum enim fert, plumbō, auro, vel argēto in ignem coniectis, resoluitur eorum dura natura, & in molliorem mutatur: quantoque diutius in igne permanferint, tanto magis soluntur & mutantur à sua naturali duritie, per virtutem ignis calidam: sic & anima quæ mundo abrenunciaverit, solum dominum desiderans, omni animi perustigatione, studio atque contentione, & ex fide ac spe sua expectationem indeficientem in illum cōtulerit, illum ignem cælestem diuini atque spiritualis amoris consecuta, tum verè à mundo exoluitur, & ab omni vitio affectionum liberatur , & cuncta procul à se repellit, mutato naturali ipsius habitu, atque peccati duritic, reliqua omnia pro superfluis habens, in solo spōso cælesti, quem recepit, quiescens, per ardētem & inenarrabilem ipsius dilectionē. Dico autem tibi, quod

si fratres illi dei amentes, quosque deus ante oculos
 habet, per impedimenta se substraxerint ab illa dilec-
 tione, deficiunt ut ita dicam. Nam animæ vita & re-
 quies, regni cœlestis mystica & arcana participatio
 est. Si enim carnalis cōiugii dilectio separat hominē
 à patre, matre, & fratribus, ita ut omnia sint animo
 velut extranea: & si diligit ea, tanquam extranea di-
 ligat: affectionem tamen omnem in contubernali col-
 locat. Propter hoc enim, inquit, relinquet homo pa-
 trę & matrem, & adhæredit vxori suā: & erunt duo Mat. 19.
a.
 in carnem vnam. Si ergo carnis dilectio sic hominem
 soluit ab omni alio amore, quanto magis soluentur ab
 omni dilectione mundi, quicunque digni habitū sunt,
 ut sancti, cœlestis & semper amādi illius spiritus ve-
 rē participes fierent? Et cuncta videbuntur eis inuti-
 lia, propterea quod vici sunt à desiderio cœlesti. &
 in ipso casu spiritui illi vnit. Nam quae illic sunt, desi-
 derant & cogitant, illic vivunt, illic cogitationes in-
 ambulant, ibi mēs assidue versatur, diuino & cœlesti
 amore atque desiderio spirituali superata. Quod su-
 perest, fratres dilecti, cum tanta bona proposita sint,
 & tantæ promissiones à domino nobis factæ, impedi-
 menta omnia à nobis ipsi repellamus, & omnem dilec-
 tionem mundi vitemus, & huic soli bono omni vo-
 to atque desiderio nosipso tradamus, ut cōsequi pos-
 simus arcanā illam dilectionē spiritus: ad quam nos
 beatus Paulus festinare suasit, dices. Sectamini chari 1. Corin.
tate: ut que digni habeamur mutatione per dextrā al-
14. a.
 tissimi à duritie nostra: & diuino spiritus amore vul-
 nerati, peruenire possimus ad suavitatem & requiem

spiritalem. Dominus enim misericordia motus, huma
niter expectat, quādo cōuertamur penitus ad illum,
ab omnibus contrariis nosipso eximentes. Et si enim
nos, p̄t multa ignorantia & stoliditate ac nequitia
p̄occupatione, à vera vita deflectimus, atque ipsi
nobis impedimenta multa accersimus, p̄enitentiam
veram renuentes, nihilominus ipse summa erga nos
misericordia ductus, longanimitate expectat, quando
cōuersi accedamus ad ipsum, & in interiori homine
illuminemur: ne confundantur facies nostræ in die iu
dicij. Quòd si durum nobis videtur, propter asperam
virtutis exercitationem, vel potius propter suggestio
nem & consilium aduersarij, nihilo minus ipse mis
ericorditer agit, & longanimitate expectat conuersio
nem nostram: peccatesque nos sustinet, p̄stolás p̄
nitētiā nostrā: nec pudet eum nos cadētes denuo

Ierem. „ excipere, quemadmodum inquit propheta, Nunquid
8.b. „ qui cadit, non resurget? aut qui auersus est, non reuer
tetur? Modò nos resipiscamus, bono corde p̄diti,
& conuertamur cōfestim, & recte auxilium ab ipso
implorantes, paratissimus est ipse ad saluandum nos.
Nam perlubenter excipit feruētem in illum volunta
tis nostræ promptitudinem, & pro virili nostra bonâ
fidem atque propensionem à voluntate manatē: ipse
verò directionem omnem in nobis operatur. Demus
igitur dilectissimi operam, tanquam filij dei, ut omni
p̄occupatione, negligētia atque socordia exuti, for
tes & parati simus illum sequi, non procrastinantes
de die in diē, à malitia furtim subitraicti. Ignoramus
enim, quādo nobis è carne sit cundū. Neque modicæ
sunt,

sunt, sed incenarrabiles Christianis factæ promissio-
nes: ita ut omnis gloria & decor cœli & terræ, & re-
liquum ornamentum atque varietas, diuitiae quoque
& pulchritudo atque deliciae eorum quæ videntur,
nulla proportione pertingant ad fidem atque diuitias
vnius animæ. Quis fit ergo, ut tantis adhortationibus
& promissionibus domini, ad eum plenè accedere no-
limus, nosque illi deuouere, abrenuciætes, iuxta pre-
ceptū Euangeliū, rebus omnibus, atque etiam animæ
nostræ, & eum solum diligere velimus, & cum eo ni-
hil aliud? Iam verò non solùm hæc ipsa, sed quanta
gloria data est? Quot dispensationes domini à tempo
ribus patrum atque prophetarum extiterunt? Quot
promissiones factæ sunt? quot etiam admonitiones?
Quanta misericordia domini ab initio ad nos perue-
nit? Postremis quoque temporibus per aduentū pro-
prium incenarrabilem benignitatē in nos, per crucis
passionem demonstrauit, ut nos conuersos transferret
ad vitam: nihilo minus tamē à propria voluntate ac
mundi dilectione, occupationibus mentis & inuete-
tatis moribus ac vitiis non recedimus: vnde modicæ
aut nullius fidei nos esse cōstat. Et in his tamē omni-
bus benignè nobiscū agens deus, inuisibili modo nos
protegit & fouet, nec pro merito peccatorum perpe-
tuæ nequitiæ nostradit, aut insidiis huius mundi: nec
sinit nos perire, per immensam clementiā & longa-
dimitatem suam, perpendens quādo ad ipsum cōuer-
tamur. Atqui vercor, ne impleatur in nobis, qui ani-
mo omnia contemnente viuimus & occupationibus
abducimur, illud dictū Apostoli, quo ait, An diuitias

Rom. 2.

6.

„ bonitatis eius & patientię & longanimitatis cōtem-
 „ nis, ignorans, quoniam benignitas dei ad p̄cēnitentiā
 „ te adducit? Quòd si longanimitate, benignitate, atq;
 „ patientia ipsius abutentes, pluta adiecerimus pecca-
 „ ta, grauiorēmque condemnationem per negligentia
 „ & contemptum nostrum ipsi nobis parauerimus, im-

Ibidē. „ plebitur illud quod dictum est, Secundū duritiam au-
 „ tem tuam & imp̄cēnitens cor, thesaurizas tibi iram, in
 „ die ire & reuelationis iusti iudicii dei. Permulta enim
 „ bonitate atque inexplicabili, ac longanimitate ineffa-
 „ bili deus vtitur erga genus humanum, modò nos re-
 „ sipiscere velimus, & penitus ad eum conuerti studea-
 „ mus, vt salutem consequi possimus. Quòd si placeat
 „ dignoscere dei longanimitatem atque immensam be-
 „ nignitatem, è scripturis diuinitus afflatis discamus.

Rom. 9 „ Intuete Israēlitas, ex quibus patres, quibus promissio-
 „ nes creditæ sunt, ex quibus Christus secundum car-
 „ nem, apud quos religionis cultus arque testamētum,
 „ quanta peccauerunt, quotiēsue auersi sunt: nec tamē
 „ deus eos deseruit in finem: sed opportunè, quantū il-
 „ lis expediebat, castigauit, duritiam cordis ipsorum af-
 „ flictione volens emollire: cōuertebat, adhortabatur,
 „ mittebat prophetas. Porrò quām diuturna lōganimi-
 „ tate vrebatur erga illos delinquentes & offendentes,
 „ & conuersos libenter excipiebat: utidem rursus auer-
 „ sos illos non deserebat: sed per prophetas, vt cōuerte-
 „ rētur, eos admonebat? Sēpenumērō cū descivissent,
 „ posteaquam conuersi sunt, benignè atque humaniter
 „ eos suscepit, donec postremō in offendiculum ingens
 „ prolapsi sunt: nempe manus iniicientes in proprium

dominum, quem ex scripturis patrum & sanctorum prophetarum expectabant redemptorem, saluatorem, regem, atque prophetam. Venientem enim illum nō receperūt: sed contrā, cū illum multum ignominiosē tractauissent, tandem extremo supplicio crucis affecerunt. Et in hac tam graui offensione & ingenti scelerate iniquitates ipsorum, quę ad summum extreuerat, completa sunt: & ita in posterū perpetuò deserti fuerunt, spiritu sancto ab eis recedente: quando videlicet velum tēpli scissum est. Et postmodum ipsorum templum traditum gentibus, dirutum est atque in solitudinem redactum, iuxta sententiam domini dicentis, Non relinetur hīc lapis super lapidem, qui non destruatur. Perpetuò ergo traditi sunt in man⁹ gētium, Mat. 24. a. & dispersi per vniuersam terram, ab iis regib⁹ qui tunc tēporis illos captiuos duxerant: nec ad hoc usq; tēpus datum est illis ad propria loca reuerti. Ad eundem igitur modum nunc deus erga vnumquēque nostrum bonus ac benignus longanimititer agit, perpendens quantum quisque offendat: si lētque expectans quando resipiscat & conuertatur, ne quid ultrā delinquit: summo cum gaudio atque dilectione suscipiens eum qui se cōuertit à peccato. Sic enim, ait, gaudium Ls. 15. b. est super uno peccatore pœnitētiā agente. Et iterū, Mat. 18. b. Non est voluntas patris mei, vt pereat unus ex pusilis istis minimis. Si verò quis eorum quibuscum deus benignè & longanimititer agit, nec re ipsa vindictam sumit de singulis delictis tam occultis quam manifestis, perpendens in silentio & velut expectans ad pœnitentiam: si quis inquam eō cōtumacię veniens pec-

catis accumulet peccata, & socordiam addat socordia, & delictum delicto superædificet, implet ille terminos iniquitatum: & tādem in tantum scelus prolabitur, vnde non possit vltrā emergere: sed atteritur, & principi nequitiax perpetuò traditus perit. Ita temporibus Sodomorum accidit. Nā cum multa deliquerint, nec se conuerterēt, postremo in tā graue peccatum ceciderunt, ob pessimum in angelos initum cōsiliū, quo statuerant cum illis masculine cōcubitum exercere, vt nullam postea pœnitendi facultatem habuerint, sed ppetuò reprobati sint. Impleuerāt enim terminum scelerum, imò etiā excesserāt. quapropter diuino iudicio incēdio traditi sunt. Idem quoque temporibus Noë cōtigit: cùm multa crimina commisissent, nec pœnitentiā agerent, in tanta scelera prolapſi sunt, vt inde tota penitus terra corrupta sit. Non aliter apud Ægyptios, qui cùm multis criminibus tene-
rentur, & grauiter in populum dei delinquissent, clementer cum illis deus agebat, nō tantas eis plagas infligens quibus planè delerentur: sed castigationis, cōuersionis, & pœnitentiā gratia longanimiter ferens, & eos ad pœnitentiā expectans, exiguis vulneribus illos percussit. verūm hī cùm plura perpetrassent in populum dei, qui modò conuersi erant, iterū suæ conuersionis pœnitētes, atque in inueterata volūtatis improbæ perfidia persistentes, cùm multis laboribus populū dei grauassent: postremo quādo per multa prodigia deus populū suum ex Ægypto per Mosem eduxit, grauiter deliquerunt, persequentes à tergo populum dei. quocirca iudiciū diuinum penitus illos per-

dedit atque deleuit aquis submersos , nec dignos hac
 vita censuit. Eodē modo populus Israēliticus cūm s̄e
 pius, vt prædictum est offendisset atque deliquisset,
 prophetas dei interficiendo , & alia permulta mala
 perpetrando, quia deus tacens multa longanimitate
 vtebatur, sustinens eos ad pœnitentiam, tandem ita de-
 liquerūt, vt attriti inde resurgere nō potuerint: quip-
 pe qui manus iniecerunt in maiestatem dominicam.
 Quā mobrem perpetuō derelicti proiecti sunt , abla-
 tāq; est ab illis prophetia & sacerdotium ac religio-
 nis cultus, & data sunt ea gentibus in deum creden-
 tibus, sicut ait dominus, Aufererūt à vobis regnū , & Mat. 21.
 dabitur genti facienti fructus eius. Hactenus enim su d.
 stinuerat eos deus summa cum patiētia , nec desierat
 eorum misereri. At quoniam impleuerunt terminum
 iniquitatis, quinimò transgressi manus intulerunt in
 maiestatē domini, à deo perpetuō derelicti sunt. Cæ-
 terū hæc ipsa, dilecti, pluribus tractamus, ex sentē-
 tia scripturarum colligentes, celerius nos cōuerti de-
 bere, & ad dominū festinare : qui benignè expectat,
 quādo ab omni prorsus vitio & mala cogitationum
 occupatione penitus recedamus: & cōuersos cum in-
 genti gaudio suscipit: vt non augetur cōtumacia no-
 stra de die in diem, & delicta nostra adiectione mul-
 tiplicantur, incommodo nostro, & ob id iram diuinā
 nobis ipsi accersamus. Contendamus igitur conuersi
 ad illū cum vēro corde accedere, nihil de salute despe-
 rantes, quod proprium est malitiæ atque improbita-
 tis: dum per recordationē iniquitates præueniunt, &
 hominem ad desperationem pertrahunt, & ad socor-

diam, contéptum atque desidiam, ne conuersus accédat ad dominum, & salutem consequatur: cum tamē dominus valde benignus sit erga genus humanum. Quòd si difficile nobis videatur, imò etiam impossibile, nos magna peccatorum multitudine préoccupatos conuerti (quod quidem, ut prædictimus, argumen tum est malitiæ, & salutis nostræ impedimentum) in mentem reuocemus ac perpèdamus, quonam pacto dominus, cum inter homines versaretur, bonitate sua fecit cæcos videre, curauit paralyticos, morbos omnes sanauit, mortuos in corruptionem versos & plenè deleteros fuscitauit, surdos fecit audire, legionē dæmonum ab homine expulit, & eum qui tanta insania laborabat, mētis cōpotem effecit. Quanto magis igitur animam ad ipsum cōuersam, atque ab eo misericordiam implorantem, eiūisque indigentem auxilio, diriget, & ad lētam affectionum vacuitatē statimque omnis virtutis & mētis renouationem reducet, sanitate reddita mentisque aspectu ac cogitationum trāquillitate: traducens eā à cæcitate, surditate, ac morte infidelitatis, ignorantiae atq; temeritatis ad statum virtutis tranquillum, & puritatem cordis? Nam qui corpus creauit, ille ipse cōdidit animam. Et sicut cum versaretur in terra accendentibus ad se, opémque & sanitatem ab eo quærentibus, liberaliter, benignitate sua ductus, largitus est quantum expediebat, tanquā bonus & solus medicus: sic & in rebus spiritualibus. Nam si corporibus, quę dissoluuntur & emoriuntur, tantam exhibuit misericordiam, & vnicuique quod postulabat, benevolè & clemēter indulxit: quāto ma-

gis animæ immortali, indissolubili, atque incorruptibili, laboranti morbo ignorantia, vitiorum, infidelitatis, temeritatis, & reliquis peccati affectionibus, accedenti ad dominum & eius auxilium imploranti, quæ misericordiam eius attentè intuetur, & gratiam sancti spiritus ab eo accipere desiderat, in redēptionem & salutem suam, celerius & promptius concedet liberationem ab omni vitio, vniuersisque affectionibus, velut medicam expurgationem: ut eodem sermone perhibetur, Quanto magis pater cælestis fa- Luk.18.b
 ciet vindictā clamantium ad se die ac nocte? Et subiicit, dicens, Certè dico vobis, citò faciet vindictam illorum. Et rursum alibi suadet, Petite, & dabitur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur. Et in discursu subdit, Quā. Mat.7.b
 to magis pater vester cælestis dabit spiritum sanctum potentibus se? Amen dico vobis, etsi non dabit illi, eo Luc.11.b
 quod amicus eius sit: propter improbitatē tamen ei⁹ surget, & dabit ei quantum opus habet. His igitur omnibus nos admonuit, sine pudore assidue & impetu ab ipso postulare debere donum sancti spiritus. Nam proper peccatores venit, ut eos conuerteret ad se, & ei credentes sanaret: modò nos abstineamus proximis ab omnibus vitiosis impedimentis, & odio prosequamur studia omnia improba, mūdīq; illecebras, & prauas ac vanas cogitationes vitemus, perpetuoque, quantum possumus, illi adhæreamus. Ille vero prop̄tum nobis exhibet auxilium. Hac enim de causa misericors est, vitæ restituens & sanans affectiones alioqui incurabiles, redimens eos qui inuocant eum,

& ad eum conuertuntur , ab omni dilectione seculi (quantum in eis est) sponte & libenter abhorrentes: qui quidem mente à rebus terrenis abducta, ab eius imploratione & desiderio dependent. Eiusmodi anima eius auxilio digna césetur, quę reliqua omnia pro nihilo ducit, & in nulla re huius mundi requiescit, expectans donec requiescat & latet in fruitione benignitatis diuinæ: atq; hoc modo beneficio eius fidei donum cœlestē cōsecuta, suum omne desiderium per gratiam in spe indubitata collocat, solicita ut reliquo vitę tempore cōgruē & conuenienter spiritui sancto inferuiat; quotidie promouēs quod bonum est, in via iustitiae perdurat: ad finē usq; firma permanēs, nullo modo propendet in vitia: & nullatenus gratiam contristans, salutem aeternam meretur cum omnibus sanctis: ut pote quæ veluti illorū iam socia & comes , eorum imitatione conuersatur in mundo. Amen.

Q V A N T U M D I S C R E- P A T V I T A C H R I S T I A N O R V M à reliquorum hominum vita, H O M . V.



L I V S est Christianorū mundus , & eorum conuersatio, mens, sermo, atque opera: alia hominum huius mundi vita ratio, mens, sermo, atque opera: aliud sunt illi, & aliud isti : atque magnum discrimen est inter hos & illos. Nam ter-

et habitatores & filii huius seculi, similes sunt frumento in cribrum huius terrae coniecto: eò quod con*Simile*
 cutiuntur volubilibus huius mundi cogitationibus,
 & assidua tempestate rerum atque desideriorum ter-
 renorum & crassarum varij generis cogitationum, vi-
 delicet animas perturbante satana: qui alioqui cribro,
 hoc est terrenis occupationibus cribrat omne genus
 hominum obnoxiorum peccato, ab eo tempore quo ce-
 cedit Adam transgressus mandatum, & principi ne-
 quitiae factus obnoxius. Qui quidem ~~in~~ hominem po-
 testate accepta, postea cogitationibus assiduis erroris
 & perturbationum cribrat & collidit cribro terre-
 no vniuersos filios huius seculi. Quemadmodum enim
 triticum in cribro eius qui tractat illud, alliditur, &
 agitatum in ipso assidue vertitur: ita princeps nequi-
 tiae cunctos homines rebus terrenis occupatos tenet, et
 eiusmodi occupationibus eos agitat, turbat & com-
 mouet, efficitque ut vanis cogitationibus allidantur,
 dum obscenis desideriis & terrenis atque secularibus
 laqueis vniuersum genus Adæ peccato obnoxium si-
 ne intermissione captiuat, agitat atque decipit: sicuti
 dominus nequam illum prædicebat in Apostolos in-
 surrecturum: Expetiuit satanas cribrare vos sicut tri-
 ticū: sed ego rogaui patrem meum, ne deficiat fides *Luc. 21. 8*
 vestra. Nam verbum illud, quod Creator dixit ipsi
 Cain, & sententia illa manifesta, quæ est hæc, Et an- *Gen. 4. 6*
 gustia & tremore teneberis, atque agitabere super ter-
 ram, typus est & imago latens omnium hominum pec-
 catorum. Sic enim genus Adæ, quod in mandatū cō-
 misit, & ob id peccato factum obnoxium, imaginem

illam intus obtinere cœpit, agitatum assiduis cogitationibus timoris, metus, & omnimodæ perturbationis: dum princeps huius mundi desideriis multiplicibus atq; voluptatibus variis concutit omnem animâ ex deo minimè renatam, & tanquam triticum in cribro agitatum, assiduè & variis modis hominum mentes perturbat, inescans eas & planè agitans illecebris huius mundi & voluptatibus carnis, timoribus atque perturbationibus. Itaque dominus ostenderis eos qui deceptiones & voluntatē improbi illius sequuntur, eò quod imaginem nequitia Cain gestarēt, incre-

Ioā.8. » pás eos, dicebat, Vos (ait) desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio , & in veritate non stetit. Vniuersum itaque genus Adę peccato obnoxium intus impressam habet cōdemnationē illam, videlicet, In angustia & tremore eritis , atque agitati in cribro terræ, à Satana cibrante. Nam sicut ab uno Adam omne genus humanum super terram multiplicatum est : ita vitium vnum affectionum in omnibus hominib⁹ peccato subditis insedit, illósq; omnes principes nequitia continuis, crassis, vanis, ac tumultuosis cibrare potest cogitationibus. Qua enim rationevē-

Simile tūs vñus sufficit ad omnes plantas & semina agitanda & concutienda: aut sicut noctis vnius tenebræ per vniuersam terrā extenduntur: ita princeps nequitia, qui quidem se habet ad instar tenebrarum rationarium peccati & mortis , & est velut quidam vetus latens & agrestis, omne genus hominum quod est super terram, perturbat, & circumagit volubilibus cogitationibus : & alliciens desideriis huius mundi cor-

da hominū, tenebris ignorantiae, excæcationis & obli-
 uionis replet omnem animam defusum non renatā,
 & quæ voluntate & animo ad seculum aliud non est
 » translata; que madmodum dictum est, Nostra autē cō Philip. 3.
 » uersatio in cælis est. In eo enim veri Christiani discre d.
 pant ab vniuerso genere hominū. Nec paruum est in-
 ter utrosque discriminem, sicuti prædicebamus: nempe
 in eo quod animus atque intellectus Christianorū co-
 gitationi cælesti semper sit deditus, aternaque bona
 contempletur, propter cōmunicationem spiritus san-
 ctī, quia defusum ex deo nati sunt, et in veritate &
 potētia filii dei meruerunt euadere, atque ad statum
 & stabilitatem & requiem imperturbatam, non sine
 multis laboribus atque sudoribus longa post tépora
 peruererūt, nullo subinde cribro agitati, neque vanis
 & instabilibus cogitationibus fluctuantes. In quo me-
 lioris sunt conditionis quam mūdus: propterea quod
 mens ipsorum & cogitatio animi sit in pace Christi,
 & dilectione spiritus sancti: sicuti dominus de eius-
 modi viris mentionem faciens, aiebat, eos transisse à Ioā. 5. d.
 morte in vitam. Quocirca non in superficie aut for-
 mis exterioribus consistit diuersitas Christianorum,
 vt plerique existimarunt, qui discrimin ac differen-
 tiā in figura & indiciis collocabant: cū tamen qui
 eiusmodi sunt, animo & cogitatione mundo consen-
 tant: vt pote qui agitationem & cogitationum incon-
 stantiam, incredulitatem, confusionem, perturbatio-
 nem ac metum, non aliter quam omnes homines, pa-
 tiantur. Et hi quidem superficie tenus & opinione, ac
 extero quodam decoro à mundo disperant: sed cor

de atque animo terrenis laqueis sunt irretiti, requiem
quæ à deo procedit, & cælestē pacem spiritus in cor-
de nō consecuti: quia nō poposcerunt à deo, nec iis se
dignos putarūt. Nam creatura noua Christianorum
differt ab omnibus hominibus huius mundi per mē-
tis renouationem, tranquillitatem cogitationū, dile-
ctionem domini, & amorem cælestem. Hac enim de
causa venit dominus, vt hisce bonis spiritualibus di-
gnos efficeret verè credētes in illum. Siquidem Chri-
stianorum gloria & splendor ac diuitiæ cælestes sunt
ineffabiles: & labore, atq; sudoribus, temptationibus,
& certaminibus permultis cōparantur. quod quidē
totū à gratia diuīna proficiscitur. Tenētur enim om-
nes homines desiderio videndi regis terreni: & qui-
cunque diuersatur in aliqua ciuitate regia, vel solam
regis speciem intueri desiderat, aut purpurei vestimē-
ti cultum ac splendorem, atque variarum gemmarū
nitorem, compositum diadema, cum præclaris magi-
stratibus illi assidētibus: exceptis his, qui, cūm sint spi-
ritales, nihil faciūt isthæc: quia aliam gloriam, nem-
pe cælestem & incorpoream sunt experti, & alio indi-
cibili splendore perculti, aliarūmq; diuitiarum par-
ticipes, & velut alio spiritu freti secundum interio-
rem hominē conuersantur. Siquidem huius mudi ho-
mines, & qui spiritū huius mundi hauserunt, hoc so-
lum summopere cupiūt, vt regem terrenum spectare
liceat, cū omnibus ornamentis & gloria eius. Quāto
enim inter cætera quæ vidētur, felicior est apud om-
nes homines eius conditio, tanto vel sola inspectione
præclarior habetur ab omnibus atque optatior; ita vt

quisque dicat apud se, Utinā quis mihi gloriā illam,
 cultum ac splendorem largiatur: prēdicans eum bea-
 tum, illius alioqui similem, terrenum, ac iisdem affe-
 ctionibus obnoxium atq; mortalem: desideratum ta-
 men propter ornamentum & nitorem momentaneū,
 Si igitur carnales homines gloriam terreni regis tan-
 topere desiderant, quanto magis hi quibus illuxit ra-
 dius ille viuifici ac diuini spiritus, quorū cor vulne-
 rauit amore diuino erga regem cælestem Christū, fe-
 runtur in speciem illam & gloriam ineffabilem, &
 decorem incorruptibilem, incomprehensibilemque diuitias
 veri & æterni regis Christi: cuius desiderio & cupidi-
 tate captivi tenentur, toti prorsus in illo demersi: bo-
 nāque illa inenarrabilia cōsequi peroptant, quæ per
 spiritū intuentur: cuius inquam gratia vniuersa quæ
 super terram sunt prēclara, nempe decorem, gloriā,
 honores, atque diuitias regū ac principū pro nibilo
 ducunt? Pulchritudine enim diuina sauciati sunt, &
 vita cælestis immortalitatis in illorum animas instil-
 lauit. quocirca dilectionem illam regis cælestis am-
 biunt, & hunc solum ante oculos votis omnibus ha-
 bētes, per eum ab omni dilectione mundi se liberāt,
 & vinculis omnibus terrenis eximunt: quod solum il-
 lud desiderium in suis cordibus perpetuò possint obti-
 nere. Iam verò quidnā possidere conueniat, dicit, Sci-
 mus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius 2. Cori.
 " habitationis dissoluatur, quod edificationem ex deo
 " habemus, domum nō manufactam, æternā in cælis:
 " Certādum igitur vnicuique ac laborandum per om-
 nes virtutum species, credēdūmq; hoc pacto domum

5.4.

illam se consecuturum. Nam si dissoluatur nostra domus huius corporis, non habemus aliam domum ad **Ibidē.** » quā anima nostra soluta confugiat. Si tamen, inquit, » vestiti, & non nudi inueniamur, hoc est vacui communione & participatione sancti spiritus: in qua sola requiescere potest fidelis anima. Idcirco enim qui revera & strenuè Christiani sunt, cōfidūt & gaudent migrantes ē corpore, quia domū habent illam nō manufactam: quæ quidem domus est virtus sancti spiritus in illis habitans. Itaque si fuerit dissoluta domus corporea, non metuunt: quia cœlestem habent domū spiritus sancti, & gloriam illam incorruptibilem, quæ in die resurrectionis reficiet & glorificabit domū cor-

R. 8. » poris: quemadmodum ait Apostolus, Qui suscitauit Christum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra, per spiritum suum habitantem in vobis. Et iterum, **Vt** & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. **Cor.** » tali. Et vt absorbeatur, ait, quod mortale est, à vitâ. **Contendamus** igitur hīc per fidem & studiosam vita conuersationem cōparare nobis indumentum illud, ne corpore exuti nudi reperiamur, nec sit quod glorificet in die illa carnem nostram. Nam vniuersusque corpus in die illa tantum glorificabitur, quātum per fidem & studium vitæ meruerit accipere spiritus sancti. Quod enim modò thesaurizauerit intus anima, tū reuelabitur & emerget exterius in corpore. **Quemadmodum** arbores transfacta hyeme ex vi interiore illas fouente, virtute etiam solis & ventorum producunt & emittunt folia, flores & fructus, tāquam indumenta. Similiter & herbarum flores illo tempore

simile

è penetralibus & sinu terræ progrediuntur: & ita te-
gitur & circumornatur terra, & gramen, velutifilia:
de quibus dominus inquit, Quoniam nec Salomon Mat. 6. d
in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis.
Omnia enim huiusmodi exempla sunt typi & imagi-
nes Christianorū in resurrectione. Itaque ad eundem
ferè modum omnes dei amantes animæ, hoc est veri
Christiani, habent pro primo mēse Σεπτ̄ῑμον, qui dici-
tur Aprilis: qui quidem est dies resurrectionis: in quo
per virtutem solis iustitiae emerget gloria spiritus san-
cti, quæ intus latebat, & fouebat corpora sanctorum,
quam quidem gloriam intus occultam in anima ha-
bebant: quoniam illud quod modò habet, tum emer-
get extra corpus. Ille inquam mensis primus est inter
menses anni, ille gaudiū parit vniuersæ creaturæ, ille
terram aperiens nudas arbores circūtegit, ille omni-
bus animalibus lætitię præbet occasiōnē, ille suauita-
tē cuncta perfundit, ille denique Christianorum est
primus mēsis dictus Aprilis (Græcè Σεπτ̄ῑμος) quod tē-
pus est resurrectionis: in quo gloria illustrabūtur cor-
pora illorū, beneficio luminis arcani iam nūc in ipsis
latentis, hoc est virtutis spiritus sancti: qui quidē erit
illis tunc pro indumento, cibo, potu, exultatione, lēti-
tia, pace, ornamento & vita eterna. Tunc enim spiri-
tus diuinus, quem à tempore huius vitæ accipere me-
ruerunt, fit in illis omnis gloria splendoris & pulchri-
tudinis cælestis. Quoniam igitur pacto quisque no-
strum credere debeat, & omni studiosa conuersatio-
ne contendere ac perseverare in spe & patiētia mul-
ta, vt modò consequi mereatur cælestem illam vir-

tutem & gloriam sancti spiritus in penetralibus ani-
mę, vt tum solutis corporibus habeamus quod circu-
2. Cor... tegat nos & viuifiet? Si tamen, inquit, vestiti, & non
5. 4 " nudi inueniamur. Et, Viuificabit & mortalia corpora
Roma... vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis.
8. c. Beatus itaque Moses per gloriam spiritus in facie e-
ius residentem, in quam nemo fixis oculis intueri po-
terat, typo quodam subindicauit, qua ratione glorifi-
cabuntur corpora sanctorum in resurrectione iusto-
rum. Quam quidē gloriam iam nunc in interiori ho-
mine sanctorum & fidelium animę merentur habere.
1. Cor... Nos enim, ait, omnes reuelata facie (hoc est interiori
3. d " homine) gloriam domini speculamur, in eandē ima-
ginem trāsformati à gloria in gloriam. Itidem Moses
quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vt scri-
ptum est, panem non comedit, nec bibit aquam: atqui
fieri nō poterat, vt natura corporea sine cibo tantum
téporis viueret, nisi alia esca spiritali vesceretur. quo
cibo amodo sanctorum animę inuisibili ratione, be-
neficio sancti spiritus, vtūt. Duob⁹ ergo modis de-
monstrauit beatus Moses, quam consecuturi sunt glo-
riam veri Christiani in die resurrectionis: nempe glo-
riam luminis, & delicias intellectuales spiritus, qui
gloriam etiam in hac vita occultam nūc habere me-
rentur. Quocirca tunc in corpore illorum hæc pate-
bunt, Quam enim, vt dictū est, gloriam in anima sua
modò possident sancti, hęc tū teget & operiet corpo-
ra nuda, & ad celos rapiet: et de cætero tam corpo-
re quam anima in regno cum domino quiescemos in
secula. Cum enim deus conderet Adamū, nō aptauit

et corporeas alas , sicut & volatilibus : nēc præparans ei alas sancti spiritus , quas videlicet donaturus erat illi in resurrectione ; quæ ipsum alleuarent & raperent , quò spiritui bonum videretur . Quas quidem alas etiam nunc animæ sanctorum , quæ mente ad cælestes cogitationes euolant , merētur habere . Nā Christianorū mundus aliis est , & alia mensa , aliaque sunt indumenta , alia fruitio , alia item societas , & alia cogitatio . Quapropter etiā præstantiores sunt omnibus hominibus . Hanc autem vim nūc intus in anima per spiritum sanctum merentur accipere . Vnde etiam in resurrectione corpora digna perpetuis illis bonis sancti spiritus habebuntur : & gloria illa potentur , quā in hac vita ipsorum animæ sunt expertæ . Debet igitur quisque nostrūm contendere omni labore ac virtutum studio , & cum fiducia postulare à deo , vt interior homo gloriæ illius ab hoc vitæ tempore participet anima : vt purificatis vitiorum fōribus , habeamus in resurrectione quippiam , quod contegat nuda corpora nostra resurgentia , & deformitatem operiat , vivificet , & in regno cælorum perpetuò quiescere faciat . Christus enim , vt sacra scripturæ perhibent , descendensurus est de cælis , & suscitaturus omnes filios Adg quicunque ab initio seculi dormierunt . Quos omnes in duas partes cōstituet : & hos qui peculiari signo notati fuerint , hoc est sigillo sancti spiritus , veluti peculiares accerset , & statuet à dextris . Oues enim inquit , meā vocē meā audiūt . Et , Cognosco oves meas , & cognoscunt me meę . Et tum eorū corpora , propter

Ioā.10 e
ibidem.c

opera bona, circundabuntur gloria diuina, & replebuntur illi gloria sancti spiritus, quam in hac vita in anima obtinebant. Et ita lumine diuino illustrati, &
i. Thess. ad cælos rapti in occursum domini in aëra, quæadmodum scriptum est, semper cum domino erimus, regnantes cum eo per infinita secula. Amen.
4.d.

DE MODO PRECANDI, HOM. VI.



V I accedunt ad dominum, debent in silentio, pace & tranquillitate multa preces fundere, nec vti clamotibus parum decentibus & confusione plenis: sed cum intentione cordis & cogitationibus castis deum præ oculis habere. Veluti dum

Simile

quis morbo laborans, cauterio aduritur, aut à chirurgo tractatur, hic fortiter ac patienter illatum fert dolorem, sine aliquo tumultu & perturbatione seipsum cohibens: licet sint alij eodem dolore affecti, qui dum cauterium patiuntur, aut tractantur à chirurgo, vociferationibus importunis vtuntur: cùm alioqui par sit dolor clamantis & non clamantis, agitantis se & quiescentis. Sunt nonnulli, qui dum ita afflidunt & anguntur, tranquillo animo ferunt, ac sine perturbatione cogitationes animi sui coercent. Sunt & alij eadem afflictione laborantes, qui dum illam

iniquo animo ferunt, cum tumultu & perturbatione
deum orant: ita ut qui audiunt, inde scandalum acci-
piant. Sunt etiam alij, qui licet nullo dolore preman-
tur, tamen ad ostentationem, aut ex more, ineptis cla-
moribus vtuntur: ut qui putēt, hac ratione se deo pla-
cere posse. Atqui seruum dei minimè decet hunc tā
incōpositum statum retinere, sed mansuetē & sapien-
ter agere: ut inquit propheta, Ad quem respiciā, nisi Esa. 66.8
ad mansuetum & quietum, & trementem sermones
meos? Et temporibus Mosis atque Elix reperiit licet
in apparitionibus, quæ illis obtigerunt, multa tubarū
& virtutū ministeria præcessisse dominicam digni-
tatem. A duētus autem domini, iis omnibus semotis,
apparuit in pace, quiete, & tranquillitate. Ecce enim, 3. Regū.
uit, vox auræ tenuis: & in ea dominus. Constat ergo, 19.6
quod requies domini sita sit in pace & tranquillitate.
Quocunque itaque fundamentum iecerit homo, &
quocunque initium sumpserit, in eo permanet usq;
ad finem. Si alta & querula voce initium precationis
sua facere cōperit, ad finem usque eandem consuetu-
dinem retinebit. Sed dominus, qui humanitate plen^o
est, huic auxilium nō denegat. Illi igitur iphi propter
gratię promotionem ad finem usque eadem cōsuetu-
dine vtuntur: cūm tamen nobis liqueat, hanc precan-
tionem ad idiotas pertinere: qui & alios scanda-
lizant, et dū p̄ecantur, seipsoſ perturbant. Cæterū
verum orationis fundamentū hoc est, nempe cogita-
tionibus diligenter attendere, & in multa quiete &
pace deum orare: ut inde nullo modo scandalizentur
cæteri. Hic enim, ubi consecutus gratiam dei, usque

ad finem orationem tranquillè peregerit, multò plures ædificabit. Nō enim est dissentionis de⁹, sed pacis.
 1. Cor. 14. f. Itaque qui clamoribus vtuntur, similes sunt protis,
^{Simile} cùm vbique precari nō possint, nō in ecclesiis, neque
 in vicis, sed forsitan in solitudine, quemadmodū ex-
 petunt. Qui verò in tranquillitate precantur, omnes
 in omni loco ædificant. At tramen vniuersum hominis
 studium circa cogitationes impedi debet, estque ma-
 teria pruarum cogitationum adiacens amputanda:
 & intendere debet homo in deum, nec parēt volun-
 tati cogitationum: sed cùm eas vndique collegerit, di-
^{Simile} stinguere naturales à prauis. Nam anima quæ pecca-
 to inuoluta est, ita se habet, vt in monte sylua magna,
 aut in flumine arūdines, aut dēnsitas quædam spina-
 rum ac nemoris: quā qui trāsire voluerint, necesse ha-
 bent manus extendere, nec sine vi & labore repellere
 circu miacentē materiam. Ita ferè materia cogitatio-
 nū ab aduersaria potestate manantium imminet ani-
 mæ. Summa igitur animi diligentia attēdendum est,
 vt discernat quis extraneas illas cogitationes, quæ ab
 aduersaria potestate suggerūtur. Inuenitur enim qui
 de propria virtute confidens, existimat suapte virtu-
 te montes imminentes excidere posse. Est etiam aliis
 qui cum tranquillitate & discretione animum suum
 gubernans, nullo cum labore suū opus citius peragit,
 quam ille superior. Idem & circa preces cōtingit. In-
 ueniūtur quidā ineptis clamoribus vtētes: qui veluti
 corporis virtute fidentes, ignorant furta cogitationū:
 sed existimant propria virtute perfectum opus agere.
 Sunt autem alii, qui cogitationibus attendunt, totūq;

certamē interiūs cōficiunt. Et hi propter attentionē
eorum diligētem atque discretionē, assequi possunt,
quod cupiunt, & insurgētes cogitationes propellere,
ac iuxta voluntatē domini ambulare. Inuenimus au-
tem apud Apostolum, eum dicere maiorem, qui aliū
edificat. Ait enim, *Qui loquitur linguis, seipsum ædi-
ficat: qui autē prophetat, ecclesiam ædificat.* At qui
prophetat, maior est quā qui loquitur linguis. Vnus-
quisque ergo magis eligat alios ædificare: & dignus
habebitur regno cælorū. **I N T E R R O G A T I O.**
Cūm aiunt quidam, Thronos & coronas esse crea-
turas, & non spiritus, quomodo intelligēdum est illud?
R E S P O N S I O. Mēs nostra thronus est diuinita-
tis: & ediuerso, nostræ mētis thronus est diuinitas ac
spiritus sanctus. Itidem etiam Satanas & consimiles
potestates ac principes tenebrarum à tempore trans-
gressionis præcepti, inscederunt in corde, in mente &
corpo Adę, tanquā in proprio throno. Quapropter
venit dominus, & ex virginē corpus accepit. Nam si
placuisset ei, in pura & nuda diuinitate ad nos descē-
dere, quis ferre potuisset? Verūm per organū corpo-
ris locutus est hominibus. Quocirca spiritus nequi-
tia, qui corpus occupabāt, expulit à thronis intelle-
ctus & cogitationum nostrarum, in quibus versaban-
tur: purgauitque dominus conscientiam: & mentem,
cogitationes, ac corpus in thronum sibi aptauit. **I N-
T E R R O G A T I O.** Quid igitur est, quod dixit,
Sedebitis super duodecim sedes, iudicātes duodecim Mat. 19.
d.
tribus Istraël? **R E S P O N S I O.** Inuenimus hoc im-
pletum esse in terra: quādo dominus assumptus est in

cēlum. Misit enim spiritum paracletum in duodecim apostolos, sanctāmq; virtutem: quę adueniens habuit & sedit in thronis mētis ipsorum. Et quia hi qui

A&t. 2.1. aderant, dicebant, illos musto plenos esse, tunc cēpit
b.

» Petrus iudicare illos, loquēs de Iesu, népe, Virum potentem in verbis & signis vos crucifixistis, suspéden-tes in ligno. Et ecce, illic admiranda facit, effringit la-

Joel. 2.1. pides monumentorum, & excitat mortuos. Scriptū

g. est enim, In nouissimis diebus effundā de spiritu meo

A&t. 2.6. super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri &

filiæ vestræ. Vnde per multi à Petro instructi, ad pœnitentiam conuersi sunt: ita vt mundus nouus & à deo electus fieret. Vidēsne, quomodo apparuit initium iudicij? Illic enim apparuit mundus nouus: & hac ratione data est illis facultas sedendi in mundo hoc, & iudicandi. Quamuis enim futurum sit, vt illi sedeant iudicium faciant in aduentu domini, in resurrectione mortuorum: nunc tamen etiam hoc sit, sancto spiritu sedente in thronis mentis illorum. Ceterū diademata quæ in illo seculo Christiani sunt acceptuti, nequaquam sunt creaturæ: & qui hoc dicunt, perpetram loquuntur. verūm hæc spiritus transformatus ostendit. Nam quid ait Paulus Apostolus de Ierusalem

Galat. 4.4. cælesti: videlicet, Hæc est mater omniū nostrū. Cui

quidem matri nos adhæremus. Verūm quantum ad indumentū quod gerunt Christiani, nimirū est ipse spiritus sanctus, qui circuntegit eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, in secula. Amen,

DE CLEMENTIA

CHRISTI ERGA HOMINES:

continet etiam responsiones ad quasdam interrogationes, forte curiosas.

HOMILIA VII.



V E M A D M O D V M si quis ingressus palatia regia, depictas ibi contempletur historias, & speciosa quæque, quadam in parte videat thesauros recōditos, atque etiam cum rege recumbat, & apponantur ei hedysmata & pocula suauissima, variisque modis delectetur spectaculis illis atque ornamētis, postmodū autem abstractus inde in loca fœtida deducatur: aut veluti si formosissima puella, sapientissima ac locupletissima omnium, virum pauperem accipiat, humilem, deformem, pannosique indutum, quem exutis sordidis vestimentis veste regia induat, & impo-
sito illi diademate, coniux ei fiat: tum mendicus ille obstupecere incipit, ac dicere, Hęccine mihi misero, mendico, abiecto & humili data est socia? Ita se deus gessit erga hominē, miserum & abiectum: gustare fecit illum, quę sunt alterius seculi, aliūmq[ue] cibū suauissimum, aperuit illi gloriā & ornamenta regia, ar-
cana & cœlestia. Qui conferens illa spiritualia cum his quæ pertinent ad hoc seculū, hæc omnia respuit, siue regem videat, siue principes, siue sapientes: ante ocu-
los habens thesaurum cœlestē. Nam cum deus sit cha-

simile

alio

ritas, accepit cælestem atque diuinum ignem Christi:
 vnde recreationem ac lætitiam concipiens, manetil-
 lic deuinctus. **I N T E R R O G A T I O.** Estne Sata-
 nas cum deo, tam in aëre, quam apud homines? **R E-**
S P O N S I O. Si sol iste, cū sit creatura relucēs in lo-
 ca lutosā, num aliquo pacto læditur? Quanto minus
 diuinū numen, si fuerit cum Satana, inficitur aut pol-
 luitur? Verū permisit deus malum, ad exercendos
 homines: sed malum istud obtenebratū est & occa-
 catum, nec potest intueri quod purum est & simplex
 in deo. Quòd si quis asserat, Satanā proprium locum
 habere, ac deo proprium esse locum, circumscrip-
 tum eum reddit ad eum usque locum, ubi nequam ille ha-
 bitat: quomodo ergo bonum illud incircumscrip-
 tum esse atque incomprehensibile asserimus, & omnia in
 eo esse: neque pollui quod bonum est, à malo? Nequa-
 quam. Cùm cælum & sol ac mótes sint in ipso deo, et
 per ipsum consistant, num etiam ipsa sunt deus? Op-
 ficia condita sunt, ut seruant ordine suo: sed opifex,
 qui præsto est cū creaturis, deus est. **I N T E R R O-**
G A T I O. Cum iniqüitas transfiguretur in angelū
 lucis, & gratię similis sit, quī perspiciet homo semitas
 diaboli? Et quo pacto amplectetur & discernet semi-
 tas gratiæ? **R E S P O N S I O.** Quæ procedūt à gra-
 tia, lætitia prædicta sunt, pace, charitate, ac veritate.
 Ipsa autem veritas compellit hominē indagare veri-
 tatem: quæ autem profiscuntur ab iniqüitate, tur-
 batione plena sunt, nec habent dilectionem aut gau-
 dium erga deum. Quemadmodū intybus lactucæ si-
 milis est: hæc tamen dulcis, illa autem amara, licet in-

ter se similitudinē habeant. In ipsa etiam gratia quæ-dam similia sunt veritatis, imò hęc ipsa hypostasis est veritatis. *Quemadmodum in sole est splendor & circulus ipse, ac aliter splendor apparet, alio modo lumen, quod est reconditū in circulo.* Itidem lucernę lucentis in domo aliis est splendor ubique relucens, & aliud est lumen, quod in ipsa lucerna splédidius est et speciosus. Ita quedā manant à gratia, quæ velut quas-dā visiones homo procul intuetur, ac huiusmodi visionibus delectatur, sicutque aliis: propterea quod in-greditur in illum vis diuina, quæ illius membra con-tinet, & cor, & captiuam illius mentem reddit in di-lectionem dei. Verbi gratia, Quando Petrum appre-henderunt, & coniecerunt in carcerem: quē clausum ingressus angelus, fregit vincula eius, & eduxit eum: qui velut in excessu mentis existēs, putabat visionem esse. **I N T E R R O G A T I O.** At quomodo cadunt, qui regūtur à gratia dei? **R E S P O N S I O.** Cogita-tiones quæ sua natura puræ sunt, labuntur & ca-dunt, quia incipit homo extolli, seipsum iustum repu-tans, condemnat alium, ac dicit, Tu peccator es. Igno-
2. Corin-
ras, quid dixit Paulus, Datus est mihi stimulus car-
th. 12.c.
nis, angelus Satanæ, qui me colaphizet, ut non extol-
lar. Pura enim natura non caret facultate superbien-
di. I N T E R R O G A T I O. Potestne quispiam be-neficio luminis videre suam ipsius animam? Siquidē nōnulli reuelationē tollunt, asseruntque, notione et sensu fieri visionē. **R E S P O N S I O.** Est sensus, est visio, est etiam illuminatio. Illuminatus præstantior est eo qui sensum habet; quia illustrata est mens eius.

Adeptus est enim portionem quandam præstantiore,
quām is qui solum sensum habet. Quandoquidem in-
tuetur in se certitudinem quandam visionum, Reve-
latio autem aliud est, per quam res immensa & my-
steria diuina revelātur animæ. INTERROGA-
TIO. Fierine potest, ut animam quis videat, reuelationis ac luminis diuini beneficio? RESPONSI
O. Quemadmodum hi oculi intuētur solem: ita qui sunt
illuminati, vident imaginem animæ. Verum hæc pau-
ci Christiani cōspiciunt. INTERROGATIO.
Habentne formam anima? RESPONSI. Habet
utique imaginem ac formam accedentem ad simili-
tudinem angeli. Itaque sicut angeli formam habent
& imaginē, & sicut homo exterior imaginem habet:
ita homo interior imaginem habet, angelo & exterio-
ri homini similem. INTERROGATIO. Di-
screpantne mēs ab anima? RESPONSI. Quem-
admodum corporis membra, quāuis multa sint, unus
homo dicuntur: sic & animē mēbra multa sunt, népe
mens, cōscientia, volūtas, cogitationes accusantes ac
defendentes. Hęc autem omnia in unam rationē col-
ligata sunt, membra tamen sunt animæ. Anima vero
vnica est, videlicet homo interior. Porrò sicut exte-
riores oculi præudent eminus spinas, foucas, ac præ-
cipitia: sic & mens, cùm sit perspicacior, prospicit ad
uersariæ potestatis machinas & insidias: protegitque
animam, tanquam oculus illius. Gloriām referamus
patri, & filio, ac spiritui sancto, in secula seculorum.
Amen.

D E H I S Q V A E C O N-
T I N G V N T C H R I S T I A N I S I N T E R
orandum. H O M . V I I I .

V A M P R I M V M acce-
dit quispiam ad genu flecten-
dum , mox cor eius impletur
diuina virtute , & exultat ani-
ma cum domino , velut spon-
sa cum sposo : iuxta verbum
Esaiae prophetæ dicentis , Quo- Esa. 62.
modo gaudet sponsus super spō b.

» sam: sic gaudebit dominus super te. Contingit itaq;
vt is qui totum diem aliis rebus occupatus erat , hora
vna precationi det operā: ac rapiatur eius homo in-
terior ad orationem prosequendam , & ad immēsam
profunditatem seculi illius , nō sine multa suauitate:
ita vt mens eius tota suspensa & illuc rapta , peregri-
netur: & tum temporis obliuioni dētur cogitationes
solicitudinum terrenarū , eo quod cogitationes occu-
patæ sint & captiuatæ ad res diuinæ ac cælestes , eas-
que infinitas & incōprehensibiles : denique ad quæ-
dam admiranda quæ humano ore exprimi non pos-
sunt: vt illa ipsa hora deprecetur , ac dicat ille , Utinā
simile euolaret anima cum oratione. I N T E R R O-
G A T I O. An quandocūq; libuerit , penetrat homo
in res huiusmodi? R E S P O N S I O. Gratia quidem
continenter adest radicata & permixta ab ineunte æ-
tate , & tanquam naturale & concretum quippiam,

quod inest homini velut vna substantia: sed variis mo-
dis, pro arbitrio, quatenus expedit, hominē gubernat
Quandoque enim vehementius ardet & accenditur
ignis, interdum remissius & mollius. Ipsum quoque
lumen quibusdam temporibus intensius accenditur &
lucet, quandoque vero remittitur & subtristius est.
Ita hæc lucerna, nempe gratia, semper ardens & splé-
dens, quando nitidior apparuerit, vehementius accen-
ditur ab ebrietate dilectionis dei: rursusque dispesa-
tione quadam lucet, lumenque quod inest, obtusius
redditur. Porrò beneficio luminis apparuit quibusda
signum crucis penetrás interiorem hominē. Alias ite
inter orandum inuentus est homo velut in excessu, ad
altare stans in ecclesia: cui oblati sunt tres panes oleo
fermentati: de quibus quanto plus edebat, tanto ma-
gis augebantur, & crescebat. Interdum etiam appa-
ravit velut indumentum quoddam splendidum, quale
nullum est super terram hoc seculo, nec potest mani-
bus humanis parari. **Quo** enim modo dominus ascen-
dens in montem cum Petro & Ioanne, transmutauit
sua vestimenta, & instar fulguris illa splendida red-
didit, huiusmodi erat vestimentum illud. Vnde admi-
rabatur & obstupescerat vir ille sic indutus. Interdū
lumen ipsum cor illustrans aperit interius & pro-
fundius latens lumen: ita ut totus homo absorptus ab
illa suavitate & contemplatione non sit vltra sui cō-
pos, sed sit tanquam stultus & barbarus huic mundo,
propter immensam dilectionem ac suavitatem atque
recondita mysteria: ita ut tunc temporis homo liber
perueniat ad perfectum gradum, sitq; purus & im-

HOMILIA VIII.

61

munis à peccato : verùm postea substraxit se gratia,
& prodiit velamen aduersariæ potestatis , aliquatenus tamē apparet, licet adhuc homo cōsistat in vno
gradu inferiori perfectionis. Siquidem, exempli grā
tia, oportet eum duodecim gradus transcendere, qui
velit perfectionem assequi: iterum inclinat gratia, &
descedit vno gradu , & in reliquis vndecim subsistit.
Porrò qui diues est in gratia, continēter noctes atque
dies permanet in statu perfecto liber ac purus , sem-
per captiuus & suspensus. Cæterū si admiranda illa
quæ homini patuerunt , & quorum periculum fecit,
ei semper adessent, nequaquā ministerium verbi aut
onus aliquod ferre posset: imò neq; de seipso audire,
aut sui vel crastinæ diei curam agere , quādo res exi-
geret: sed tantūm federet in angulo suspensus & inc-
briatus. Quare status perfectus non est concessus ho-
mini, vt possit operam nauare, & fratribus cutam ha-
bete, ac ministrandi verbi. Veruntamē medius ille pa-
ries, qui obstruebat , dissolutus est , ac mors superata.
Res autem sic se habent, Quemadmodum caliginosa
quædam vis adiacet, & instar aëris crassi subtiliter te-
git lucernam semper ardenter & lucentem: sic adia-
cket lumini illi velamen. vnde confitetur vir ille, quod
minime perfectus sit & penitus immunis à peccato,
ita ut dicere audeat , quod destructus quidem sit &
perfossus ille paries medius obstruens, ac tursum ali-
qua in parte minimè sit dissolutus: nec id perpetuo.
Quandoque enim gratia pleniùs hominem accedit,
consolatur & cōponit: interdum verò subducitur &
imminuit, pro ratione dispensationis ipsius, quan-

tūmque expedit homini. Sed quis vñquam perfectū
 illū gradum assecutus est , ac gustauit & expertus est
 seculum illud: Nondum enim quempiam vidi perfe-
 ctum hominem Christianū aut liberū. Quòd si quis
 piā requiescit in gratia , & pertingit ad mysteria &
 reuelationes, ad multam denique dulcedinem gratiæ:
 nihilominus intus adhuc habet peccatū. Sed qui eius
 modi sunt, propter immēsam gratiam & lumē, quod
 sunt adepti, liberos & perfectos se putant esse. Qui
 quidem licet vim gratiæ obtineant , tamen falluntur,
 tanquā non experti. Ego verò nullum adhuc vidi im-
 munē. Siquidem & ego aliquatenus interdum adgra-
 dum illum pertigi: descendōque cognoui, quòd nul-
 lis est homo perfectus. **INTERROGATIO.** Dicno
 bis, Quisnam est status tui mod⁹? **R E S P O N S I O.**
 Statim post signū crucis gratia sic operatur. Omnia
 mébra pariter & cor sedat , ita vt anima præ summo
 gaudio videatur esse velut puellus mali nescius : nec
 in posterum homo condemnat Græcum aut Iudæū,
 peccatorē vel mundo deditū: sed interior homo ocu-
 lo puro omnes respicit, gaudētque devniuerso mūdo:
 planēq; expertus venerari ac diligere rā Græcos quām
 Iudæos. Alia quadam hora, perinde ac filius regis, cō-
 fidit filio dei tanquam patri : & aperiuntur ei fores,
 per quas ingreditur intrò in multas mansiones : &
 quāto magis penetrat, denuo aperiūtur ei iuxta pro-
 portionem, supra centum mansiones alię cētum, tūm
 que ditescit. Et quāto locupletior euadit, rursus alia
 mirabilia recentiora demonstrātur ei. Qui tanquam
 filio & hæredi committuntur res quas humana na-

tura non potest eloqui, nec os aut lingua pronuncia-
re. Gloria deo. Amen.

PROMISSIONES AC

PROPHETIAS DIVINAS PER VA-
RIOS SUCCESSUS & TENTATIONES IMPLERI: & SOLI DEO AD-
HERENDO LIBERARI NOS AB INFESTATIONIBUS DÆMONUM.

HOMILIA IX.

VIRTUS spiritalis gratiæ dei,
quæ versatur in anima, cum
summa longanimitate, sapien-
tia, & mystica dispensatione mé-
tis, opera sua perficit: dum etiam
multa cum patientia pro tempo-
rum occasione homo decertat.

Apud quem tum opus gratiæ
perfectum constat, quando eius libera voluntas per
multiplicem temptationem spiritui sancto placere de-
monstratur: & ex temporum successu probationem
& patientiam patefacit. Hanc autem consequentiam
per exemplaria manifesta ex scripturis diuinitus in-
spiratis subiiciemus oculis. Quod autem aio, tale est,
quale de Ioseph traditur. Quāta post temporum spa-
tia voluntas dei præstituta de Ioseph, sortita est effe-
ctum, & impletæ sunt visiones? Quantisque labori-
bus, afflictionibus & angustiis antè probatus, omnia
viriliter sustinuit, & per omnia probatus & seruus
deo fidelis inuictus? Tum rex Ægypti factus est, & fa-

Ioseph.

miliam suam aluit: ac prophetia eorum quæ nō videbantur, completa est, & voluntas dei, quæ per tempora & dispensationē multam prænunciata erat. Idem

Dauid. de Dauid scribitur, quem deus vnxit in regem ministerio Samuelis prophetæ. Statim enim vbi vnḡtus est, compulsus est fugere, ob persecutionem sibi imminētem à Saule, qui eum interficere cupiebat. Vbinam ergo vnḡtio diuina? Vbi promissio, quæ statim implēda videbatur? Nam paulo post vunctionem grauiter affligerbatur, petens loca deserta, & ad inopiam usque pannis redactus, cōfugiebat ad exterias nationes, proprietatis infidias quæ à Saule struebantur in eum, quem deus vnxit in regē. Huiusmodi afflictiones pertulit: deinde successu temporum probatus, afflictus & tentatus, ac longanimiter ferens, eo quod vnicè deo credebat, & sibi certò persuaserat, dices, Quod indicauit deus per vunctionem à propheta mihi collatā, quodq; prædixit mihi obuenturum, sine dubio impleri oportet. Et tandem, lōgam post expectationem, completa est dei voluntas, & regnauit Dauid, post multas tentationes. Et tum perspicuum factum est verbum dei, atque vnḡtio collata per prophetam, rata & vera demonstrata est. Itidem & de Mose, cum deus illum prenossset & præordinasset futurum ducem & redemptorem populi, effecit ut adoptaretur à filia Pharaonis. Qui quidem & opibus regiis, & gloria, & delicis auctus, eruditus est quacunque disciplina Ægyptiorum: & grādior factus, cūm x̄tatem virilem attigisset, abnegauit omnia illa, libentiūs amplectēs tribulationem & impropria Christi, iuxta sermonem

Moses.

aposto-

apostolicum, quām temporalem habete peccati frui- Heb. ii. e
tionem. Et cum ab Ægypto fugisset, quantum tempo
ris operam pastoriam exercuit, qui regis filius erat,
tanta cum suavitate ac deliciis regiis educatus? Dein-
de ille ipse probatus à deo, & per multam patiētiam
fidelis inuētus, quām multas primūm tētationes per-
tulit: & postea factus est redemptor, dux, & rex Is-
raël, imm̄ deus Pharaonis à deo cognominatus? Per
hunc enim deus percussit Ægyptum, & immensa at-
que admirāda demonstrauit, ministerio illius in Pha-
raone: tandemque demersit Ægyptios in mari. Ecce,
quāta post tempora voluntas & propositum dei de-
clarata sunt: & quantas post probationes & afflictio-
nes sortita sunt effectum? Non aliter de Abraham Abrahā
scriptum est. Quanto enim autē tempore promiserat
deus ei se daturum filium: quem mox non dedit? sed
interea multis annis intermediis, in probationes &
tentationes incidit: sed longanimitter ferens omnia,
quæ obueniebat, seipsum corroborabat in fide, sciēs,
quòd is qui promiserat, minimē mēdax esset, sed im-
pleret verbum suum. Et ita fidelis inuentus, assecu-
tus est quod ei promissum erat. Similiter & Noë, Noë.
quingentesimo anno iussus à deo præparare arcam,
propterea quod deus promisisset inducturum se di-
luium super terram: & cum sexcentesimo anno il-
lud induxisset, centum annos longanimitter tulit: in
nullo dubitás, an deus facturus esset, quod prædix-
tat, an non: verūm certò sibi persuadens, quòd quæ
deus dixisset, sine dubio euenire oportebat. Ille itaq;
integer voluntate, fide, patientia, & longanimitate

multa repertus, solus saluatus est cū sua familia: quia mandatū dei diligenter obseruauerat. Hasce occasio-
nes è scripturis attulimus, vt demōstraremus virtutē gratiæ diuinæ homini collatā, & donum sancti spiri-
tus, quod fidelis anima meretur accipere, multo cum labore multaque patientia & lōganimitate, nec sine tentationibus ac probationibus comparati: dum libe-
ra voluntas per omnia afflictionum genera probatur.
Quæ si nullo modo spiritum sanctum contristet, sed per omnia præcepta cōsonet gratiæ: tum à suis ærum-
nis liberationem consequi meretur, plenéque conse-
quitur adoptionem spiritus, de qua sermo haberi so-
let in mysterio: spiritualésque diuitias & intellectum,
non huius mundi, sed cuius participes fiunt, qui verè
sunt Christiani. Qui quidem per omnia discrepant
ab omnibus hominibus habentibus spiritum huius
mundi, prudentia, intellectu & sapientia præditis.

- I. Cor. 2. Nā qui eiusmodi est, omnes homines diiudicat, quē-
d. admodum scriptum est, Nouit vnde quisque loqua-
tur, & vbi consistat, ad quémue gradum peruerterit,
ipsum verò nullus hominum spiritum huius mundi
habentium nosse & diiudicare potest, eo solo exce-
pto, qui spiritum adeptus est similem spiritui cæle-
stī & diuino, is nouit similem, vt ait Apostolus, Spiti-
talibus spiritualia comparantes. Animalis autem ho-
mo non percipit ea quæ sunt spiritus dei: stultitia
enim est illi. Spiritualis autem diiudicat omnia, &
ipse à nemine iudicatur. Qui talis est, omnia quæ in
mundo sunt preciosa, veluti diuitias, delicias, et quic-
quid suave est, ipsam quoque rerum cognitionem,

omnia denique quæ sunt huius seculi, execranda putat & odiosa. Quemadmodum enim qui inflamatus est ac febre detinetur, exhorrescit et respuit quemcumque obtuleris ei cibū aut potum, etiam suauissimum, eo quod ipse febre ardeat, & ab ea grauiter torqueatur, hac ratione, qui cælesti sancti spiritus desiderio sacro & præclaro flagrant, & amore dilectionis diuinæ animam habent vulneratam, ac diuino & cælesti igne (quem dominus in terram mittere venit, vultq; confessim ardere) vehementer impelluntur, & accenduntur cælesti desiderio Christi, ut predictū est, quæcunq; præclara sunt in hoc seculo & preciosa, respuenda & odio digna existimant, propter ignem charitatis Christi continentem eos & efficientem ut animi voto bonisque cælestibus charitatis flagrent & ardeant erga deum. A qua quidem charitate nihil, siue cælestē sit, aut terrenū vel subterraneum, poterit eos separare, ut apostolus Paulus testificatus est, nempe, *Quis nos separabit à charitate Christi?* & quæ sequuntur. Cæterū fieri non potest, ut quispiam possessionem suæ animæ comparet, aut charitatis spiritus cælestis, nisi alienatus ab omnibus quæ pertinent ad hoc seculum, seipsum applicet ad inuestigandam charitatem Christi: mēnsque segregetur ab omnibus crassis sollicitudinibus, & distractionibus terrenis: ut circa scopum vnum penitus incumbere possit, hec dirigens ex omnium præceptorum ratione: ut tota cura & indagatio, occupatio, & studium animæ versetur in scrutâda substâta intellectuali, quomodo illâ ornari oporteat virtutū præceptis, & ornamento

LX.12.f.

cælesti spiritus, et communicatione puritatis et sanctimoniarum Christi; ut quis omnibus dimissis, omnia etiam sua impedimenta materialia & terrena amputans, & à dilectione carnali aut affectione erga parentes aut cognatos semotus, nulli rei alteri permittat animū suum dare operam, aut aliunde distrahi, veluti regnandi cupiditate, gloria, honoribus, aut amicitiis carnalibus huius mundi, aliis deniq; quibusdam curis terrenis: sed totus pro rorsus animus circa inuestigandā intellectualem substantiam animæ, curam & labore sumat: & in spe ac expectatione aduenientis spiritus sancti totus omnino patiēter agat: quemadmodū in-

Lu. 21. "quit dominus, In patientia vestra possidebitis animas

d. " vestras. Et rursum, Quærite regnum dei, et hæc omnia

Mat. 6. " adiicientur vobis. Fieri autē potest, ut quispiā ita mi-

d. litans, sibiq; cōtinēter attēdens, siue in precibus, siue in obsequio dei, seu in quocunq; opere secundū deū peragendo, vitare possit tenebras improborū dæmonum.

Mens enim scrutādi sui et inquirēdi domininō negligens, potest animā suam possidere affectionibus omnib⁹ carentem: nempe captiuādo seipsam vi atque alacritate erga dominū, & ei soli adhærēdo, sicuti di-

2. Cor. " Etū est, In captiuitatē redigentes omnē intellectū, in

10. b. " obsequium Christi: ut beneficio illius certaminis, desi-

derij et inuestigationis mereatur mēs esse cum domi-
no in vnū spiritum donationis & gratiæ Christi, re-
quiescēs in vasculo animę, ad omne opus bonū adhor-
tatis, neq; iniuria villa affidentis spiritū domini, pro-
priæ voluntati adhērendo, aut inutilib⁹ occupationi-
bus huius seculi, honoribus, aut dignitatibus, propriis

opinionibus, aut voluptatibus carnalibus, cōspirādo
aut cōmunicādo cū improbis hominib^o. Pergrata est
enim anima, quæ tota penitus seipsam domino dedi-
cauit, & illi soli adhæret: ambulans in eius præceptis
sine vlla obliuione: et aduenientē ac obūbrantem spi-
ritū Christi honore digno prosequēdo, meruit cū ipso
in vnū sp̄itū & vnā massam euadere: sicut ait Apo-
stolus, Qui adhæret domino, vnum spiritus est. Si quis 1. Cor. 6.
autē seipsum dedat curis vel ambitionibus aut digni- d.
tatibus, humanosq; honores curet, et hæc inquirat, a-
nimāq; eius cogitationibus terrenis permisceatur et
cōfundatur, aut alicui rei ad hoc seculū pertinenti sit
deuinctus, desiderētq; huiusmodi anima trāsilire, vi-
tare, atq; expellere affectionū tenebras, in quibus de-
tinetur à potestatib^o iniquis, minimè potest: ppter ea
quod diligit & facit voluntatē tenebrarū, neq; perfe-
cto odio prosequitur studia nequitia. Ipsi nos igitur
præparemus, vt tota intentione totaq; voluntate ad
dominū accedam^o, Christumq; sequamur, ad volūta-
tē eius peragendam: meminerimusque omniū māda-
torum eius, ad faciendū ea: & segregātes nos ipsos pe-
nitus à dilectione huius mūdi, illi soli nostras animas
applicemus, & studium, curam ac inquisitionē ipsius
solius in mēte habeamus. Quod si fortè corporis gra-
tia ab obseruatione præceptorū & obsequio dei pau-
lūm cessauerimus, mēs tamenē à dilectione domini, ei^o
inuestigatione ac desiderio nō separetur: vt sic decer-
tantes, & cū sana prudētia per viā iustitiæ pergentes,
assidueq; attendentes nobisip̄sis, cōsequamur promis-
sionē spiritus eius, & redimamur per gratiam ab in-

teritu tenebrosarum affectionum, à quibus anima tota
quetur: dignique euadamus aeterno regno, & merca-
musr frui Christo seculis omnibus, glorificantes patrem
& filium, & spiritum sanctum, in secula. Amen.

HVMILITATE ET ALA-

C R I T A T E R E T I N E N T V R E T
augentur dona gratiae diuinæ: superbia autem
& ignavia perduntur,

HOMILIA X.



N I M Æ dei ac veritatis amantes, quæ Christum in fide ac spe summa induere perfecte desiderant, aliorum admonitione non multum indigent, nec desiderio cœlesti aut erga dominum amore, in quo aliquatenus imminui patienter ferunt: sed totæ penitus cruci Christi affixæ, spiritalem promotionem erga spōsum spiritalem in seipsis quotidie sentiunt & agnoscent. Et cum desiderio cœlesti vulneratae sint, & iustitiam virtutum esuriant, illustrationem spiritus sancti summa ac inexplebili auditate expertū. Quod si fortè beneficio fidei suæ notitiam mysteriorū diuinorum adipisci merentur, aut lætitiae gratiae cœlestis participes fiunt, nō cōfidunt in seipsis, arbitrantes se aliquid esse: sed quanto magis abundant donis spiritualibus, tanto vehementius & sine

satietate desiderij cælestis inquirunt: quantóq; magis
 spiritalem profectū in se senserint, tanto plus esuriūt
 ac sitiunt participationem & augmentum gratiæ : &
 quanto spiritualiter locupletiores sunt, tanto se paupe-
 riores existimant: & absq; satietate spirituali desiderio
 feruntur erga sponsum cælestem: vt ait scriptura, Qui Eccl. 24.
 edunt me, adhuc esurient: et qui bibunt me, adhuc si-
 tient. Huiusmodi animæ, quæ tā ardenti et insatiabili
 dilectione flagrant erga dominum, dignæ sunt vita e-
 terna: quare merentur ab affectionibus redimi, acci-
 piuntq; perfectam illuminationē & participationem
 sancti & arcani spiritus ac mysticæ societatis , in ple-
 nitudine gratiæ. At verò socordes ac minimè viriles
 animæ , quæ talia nō exquirunt , intus re vera viuunt
 in carne: quæ sanctificationem cordis nō ex parte, sed
 perfectè per patientiā et lōganimitatem cōsequi, mi-
 nimè sperauerūt: nec habere cōunionem cū spiritu
 paracleto in plenitudine cum omni sensu et certitudi-
 ne, nec per spiritū acceperunt liberationē ab affectio-
 nibus vitiorū: aut ediuerso, cum gratiā diuinam acce-
 pissent, clam à nequitia correptæ, seipſas dediderunt
 ignauiaæ ac remissioni. Quia, cū gratiam spirit⁹ essent
 adeptæ, et cōsolutionē gratiæ cū delectatione, deside-
 rio, ac suavitate spirituali , in eo cōfidētes extolli cœpe-
 rūt, et ociosè agere, minimè cōtritæ corde, aut anima
 humiliatæ: nec tamen afflētæ perfectū gradū vacui-
 tatis affectionū, aut integrā plenitudinē gratiæ cum
 omni diligētia et fide: sed satiatæ ac delectatæ permā-
 fetūt in pauca gratiæ cōsolutione proficiētes huiusmo-
 di animæ magis ad arrogantiā , quām ad humilitatē:

& ita planè spoliatae sunt eo gratiæ dono , quod fuerat adeptæ, propter ignauū contemptū & vanā opinionis eorum superbiam. Porrò anima quæ verè deum & Christū colit, etiam si infinita iustitiæ opera edidicit, ita se habet, perinde ac si nihil egisset, propter inexplicablem desiderium quod habet erga dominū. Quæ licet ieiuniis aut vigiliis corpus consumplerit, ita affecta est, ac si nondū quicquam agere cœpisset, quod ad virtutes pertineat. Et si varia spiritus charismata, aut reuelationes ac mysteria cælestia consequi meruerit, propter immensam & insatiabilem erga dominum dilectionem, ita se gerit apud se, ac si nihil adhuc obtineret: sed quotidie esuriēs ac sitibunda per fidem & charitatē perseverās in oratione, immodecē ad mystria gratiæ & ad omnē virtutis gradum aspirat, cælesti spiritus amore vulnerata, ardēti desiderio erga spōsum cælestē, per gratiam qua predita est, agitata: desiderās habere perfectē mysticam & arcanam cum eo societatem, in sanctificatione spiritus, reuelata animæ facie, fixis semper oculis intuēs, spōsum cælestē, facie ad faciem, beneficio spiritualis & ineffabilis luminis, in eo per certitudinem fidei plenè demersa, configurata morti ipsius, præ summo desiderio, quo perpetuō sperat, p Chriſto mortē oppetere: cōfidēs sine dubio per gratiā spiritus se plene liberatam iri à peccato & tenebris affectionū: ut purificata per spiritum, & anima & corpore sanctificata, vas purum euadere meatetur, ad suscipiendam cælestē vunctionē: in quo manere dignetur cælestis ac verus rex Christus. Et tum efficitur digna cælesti vita , & inde fit habitaculum

purum spiritus sancti. Verum ut ad eum usque gradum perueniat anima, non est promptum, neque sine probatione contingit: sed cum laboribus & certaminibus multis, per longa temporum spatia & studia, cum probatione & temptationibus variis spiritale crementum & promotionem accipit, pertingendi ad perfectam mensuram euacuationis affectionum: ut ad omnem temptationem, quae a vitiis suggeritur, alacriter & viriliter perdurans, summos honores & spiritualia charismata, diuinitasque caelestes consequatur, & ita regni caelestis haeres fiat per Iesum Christum dominum nostrum: cui gloria & imperium in secula. Amen.

VIR T U T E M S A N C T I

S P I R I T U S I N C O R D E H O M I -
nisi se habere instar ignis. H O M . X I .

 G N I S ille caelestis ac diuinus, quem intra se suscipiunt Christiani in corde suo, nunc in praesenti seculo, ille ipse, qui nunc in corde illorum habitat, quando dissolutum fuerit corpus, exterius emerget, & de numero compinget membra: facietque resurrectionem dissolutorum membrorum. Quemadmodum enim ignis qui Hierosolymis subseruiebat altari, tempore captiuitatis defossus erat in foueam: & idem inita pace, reuersisque captiuis quasi

renouabatur, & pro more seruiebat: ita corpus hoc, modò nobis familiare (quod vbi dissolutum est, vertitur in lutum) restituitur & renouatur ab igne cælesti, qui suscitat corpora corrupta. Siquidé ignis qui nunc intus latet in corde, tum patefit, & suscitat corpora, Porro temporibus Nabuchodonosor, ignis ardens in camino, non erat diuinus: sed erat creatura. Tres autem pueri, qui iusti erant, cum essent in illo apparenti igne, habebant in cordibus suis diuinum ac cælestem ignem, intra cogitationes ministrantem et operatam in ipsis. Qui quidem ignis extra illos emersit, & inter eos intercessit, & cohibuit exteriorem ignem, ne combureret aut ullo modo laderet iustos. Itidé etiā temporibus filiorum Israël, cum in animo & cogitatione statuerint recedere à deo viuo, & ad idolatriam conuerti, compulsus est Aarō dicere illis, ut aurea et preciosa vasa afferrent: postea aurum illud & vasa, quæ cōiecerant in ignem, in idolum versa sunt: & ita quodam modo imitatus est ignis eorum intentionem. Hoc autem mirum est, quod secundum propositum eorum, et prout intus in cogitationibus suis decreuerant idolis seruire: sic etiā ignis ex iniectis vasis idolū effinxit. & tum palam idola coluerunt. Sicut ergo tres illi pueri, qui cogitabant ea quæ pertinebāt ad iustitiam, suscepérunt in seipsis ignem diuinum, et adorauerunt dominum in veritate: sic etiam nunc fideles animę recipiunt illum ignem diuinum ac cælestem intus, quantum ad hoc seculum: & ignis ille format imaginem cælestem in homine. Quia igitur ratione ignis ex vasis aureis formauit et produxit ido-

lum: ita dominus, fidelium & probarum animarum intentiones imitatur, & pro voluntate earum format imaginem: quæ nunc quidem latet in anima, tempore vero resurrectionis exterius apparebit, glorificabit corpora ipsorum intus & extrâ. At quomodo corpora ipsorum tempore illo corrupta reperiuntur, mortua, & dissoluta: hoc quoque modo reperire licet cogitationes quorundam à Satana corruptas, & mortuas à vera vita, & demersas in lutum ac terram. periiit enim earum anima. *Sinuante* Quemadmodum ergo Israëlitæ proiecerunt in ignem aurea vasa, & prodidit idolum: sic homo nunc cogitationes puras & buas tradidit nequitiae: quæ demersæ sunt in lutum peccati, & factæ sunt idolum. Verum quomodo poterit quispiam illas inuenire, discernere, & educere è proprio igne? Hic lucerna diuina opus habet anima, népe spiritu sancto, qui emundet domū obtenebratā: & splendido sole iustitiae, qui illuminet & oriatur in corde: armis denique indiget, quibus victoria paretur in bello. In ea siquidem domo habitat illa vidua, quæ perditæ drachma primum accedit lucernam, tum emundauit domū: et ita mundata domo, & accensa lucerna, inuēta est drachma in stercore et loco immundo, in terra defossa. Nuc quoq; anima minimè potest à seipsa indagare proprias cogitationes, & eas secernere: sed cū accesa fuerit lucerna diuina, quæ solet illustrare domū obtenebratā, tum perspicit anima cogitationes suas népe demersas in locū impurū & lutum peccati: oritur sol, & tum cognoscit anima interitum sui, incipitque reuocare cogitationes, in stercore, &

Spurcitia inuolutas. Animæ siquidem transgressa mā:
 datum, perdidit imaginem suam. Veluti si regē quen
^{Sinile} dam, qui bona & seruos habeat sibi ministrātes, con-
 tingat ab hostibus apprehendi, & captiuum duci: eo
 comprehenso & exulante, vtique necesse est seruos
 & ministros eius à tergo illius sequi: sic etiam Adam
 creatus est à deo purus, in obsequium illius: hæ verò
 creaturæ donatae sunt ei, vt subseruant. Dominus e-
 nim & rex constitutus est omnium creaturarum. Ve-
 rū ex quo sermo improbus illum adiit, cum quo col-
 locutus est, ipse primum auditu exteriori hausit ser-
 monem, qui deinde penetrauit cor eius, & omnem
 ciuius hypostasin occupauit: & ita capto illo, vna com-
 prehensa est creatura, quæ ministrabat & subservie-
 bat ei. Per eum enim regnauit mors super vniuersam
 animam, prorsusque deleuit imaginem Adæ, propter
 illius inobedientiam: ita vt conuersi sint homines ad
 adorandos dæmones: ecce enim, fructus terra in bo-
 num vsum à deo creati, dæmonibus offeruntur: qa-
 nis, vinum, & oleum, est in aris eorum. Item & ani-
 malia imponunt. Quinimò filios etiam suos & fi-
 lias immolauerunt dæmoniis. Hoc igitur tēpore pro-
 diit ille ipse, qui corpus & animam formauit, & dis-
 soluit omnem euersionem Satanæ, & opera eius, quæ
 moliebatur in cogitationibus, renouatque & format
 imaginem cælestem: & denuò creat animam vt ite-
 rum Adam sit rex mortis, & dominus creaturarum.
 Et in vmbra legis, Moses vocabatur saluator Israëli-
 tarum, eo quod eduxit illos ex Ægypto: sic etiam nūc
 Christus redemptor verus animæ, penetrat abscondi-

ta, & expellit è tenebrosa Ægypto , grauissimo iugo,
& dura seruitute. Præcepit ergo nobis, vt egrediamur
è mundo, & renūciemus omnibus quæ videmus : ne-
que geramus solitudinem terrenam, sed noctu diú-
que stemus ad ianuā expectantes, quando clausa cor-
da aperiat dominus, & effundat in nos donum spiri-
tus sancti. Iussit ergo, vt relictis auro, argento, & co-
gnatione, vendamus quæ habemus , & distribuamus
pauperibus, & thesaurizemus ea quæramusque in cæ-
lis. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuū. No- Mat.6.6
uerat enim dominus , quod inde Satanas vires acci-
piebat, ad traducēdas cogitationes in solitudinem
terrum materialium & terrenarum. Propterea deus
consulens animæ tuæ, iussit omnibus rebus renuncia-
re: vt vel inuitus quæras opes cælestes , et habeas ita
cor tuum apud deum. Quia si volueris reuerti ad pos-
sessiones, nihil ex iis quæ in mūdo sunt reperies te pos-
sidere: & ob id, velis, nolis, cogeris mittere ad cæle-
stia , vbi ea thesaurizasti ac deposuisti. Vbi enim est
thesaurus tuus , ibi est et cor tuum. In lege itaq; præ-
cepit deus Mosi, facere serpentem æneum, et hūc ex-
altatum ad summītatem ligū i affigere : & quicunque
à serpentibus percussi erant, spectantes serpentem æ-
neum, sanabantur. Quod quidem non sine dispensa-
tione fiebat: vt qui terrenis cūris , idolorum cultura,
volupratibus Satanæ , et quacunque impietate deti-
nebantur, hoc saltem modo erigerentur aliquatenus
ad superiora: & mortui quo adhæc inferiora , oculos
attenderent ad sublimia, et rursum ab illis prōmoue-
tent ad id quod est altissimum: & ita paulatim gra-

dientes ad sublimiorem et superioriem progeniem cognoscerent esse quendam altissimum supra omnem creaturam. Eadem ratione iussit te deus pauperem fieri , & omnibus venditis largiti pauperibus , ut postmodum , etiam si velis , denuò repere super terrā non possis. Itaque incipe scrutans cor tuum , disputare cum cogitationibus tuis , inquiens , Cùm nihil possidamus super terram , transeamus ad cælum , vbi thesaurum habemus , & vbi negotiati sumus. Tum incipit mens tua aspirare ad sublimia , et superiora quaerere , & in eo proficere . Verùm , quid indicat serpens ille mortuus , qui affixus ad summitatē ligni sanabat vulneratos ? Ille vtique mortuus serpentes viuos superabat. Certè typus est corporis domini . Nam corpus , quod accepit ex Maria , exaltauit in cruce , appendit & affixit ligno : & ita corpus mortuum vicit & interfecit serpentem , qui viuebat & reptabat in corde . Hic grande miraculum est , quonodo serpēs mortuus occidit viuum . Alio quoque modo nouum opus fecit Moses , quando similitudinem viui serpentis effinxit . Ita etiam dominus nouum opus ex Maria condidit , quod ipse induit , non autem attulit corpus ē cælo : spiritum cælestem introēuntem in Adam creauit , & hunc cum diuinitate temperauit , induitque carnem humanam , quam formauit in vtero . Sicut ergo usque ad Mosem nō precepérat dominus in mundo facti serpentem æneum : ita corpus nouum à peccato immune , nō apparuit in mundo , usque ad Christū . Cùm enim primus Adam transgressus est mādatum , regnauit mors in vniuersos filios eius . Vicit ergo cor-

pus mortuum serpentem viuentem. Quod quidē miraculum, iudeis quidem scandalum, Grēcis autem est stultitia. Nam quid dicit Apostolus? Nos autem p̄rædicamus Iesum Christum, & hunc crucifixum: Iudæis quidem scandalum, Grēcis autem stultitiam: nobis verò qui saluamur, Christum dei virtutem & dei sapientiam. Quandoquidem in corpore mortuo sita est vita, ibi redemptio, ibi lumen, illic dominus accedit ad mortem, & disputat cum ea: imperatque ut emittat animas ab inferno & morte, eāsque sibi reddat. Mox igitur his perturbata mors pergit ad ministros suos, congregatisque vniuersis potestatis princeps nequitia reprobans chirographa, inquiens, Ecce hi paruerunt verbo meo: vide, quomodo coluerūt nos homines. Deus autē, qui iustus est iudex, & illic patefecit iustitiam suam: aīque illi, Obtemperauit tibi Adam, & ob id occupasti vniuersum cor eius: paruit tibi humanitas, hoc autem meum corpus quidnā egit? Illud est à peccato immune. Corp' quidē primi Adæ obligatum est tibi, & ob id iusta de causa sunt apud te eius chirographa. At mihi testificantur omnes, quōd non peccauerim, neque in aliquo tibi sum obligatus: quōdque sum filius dei, omnes perhibent testimonium. Desuper enim attestata est vox veniens è cælis super terram, Hic est filius meus Ma. 17.4dilectus: ipsum audite. Ioannes testimonium perhibet, dicens, Ecce agnus dei, qui tollit peccatum mundi Esa. 53.6di. Et iterum scriptura, Qui peccatum non fecit, nec inuētus est dolus in eo. Et, Venit princeps mundi I. Io. 2.2ius, & in me nō habet quicquam. 10a. 14.4Quinetiam tu ipse Mar. 3.6

Satana, de me testimoniū perhibuisti, dicēs, Nouite,
Mat. 8. quòd sis filius dei. Et rursum, Quid nobis & tibi Iesu
 d. Nazarene? Venisti huc ante tēpus torquere nos? Tres
 itaque testes habeo, nempe eum qui de cēlis vocem em-
 misit, eos qui sunt super terram, & te ipsum. Redimo
 igitur corpus tibi venditum per priorem Adam. Dis-
 soluo tua chirographa: quia persolui debitā Adæ, dū
 crucifixus sum, & in infernum descendī. Præcipio igi-
 tur vobis, infernæ tenebres, & mors, emittite animam
 Adæ inclusam. Et ita paulò post, improbæ potestates
 tremebundæ restituunt Adam inclusum. Cæterū cū
 audis, illo tempore dominum liberasse animas ab in-
 ferno & tenebris, atq; descendisse ad inferos, & præ-
 clarum opus peregrississe: ne putaueris hæc procul abesi-
 se ab anima tua, quoniam homo capax est & suscep-
 trius mali. Mors enim detinet animam Adæ, & ani-
 mæ cogitationes in tenebris inclusæ sunt. Item, cum
 audis de monumētis, non tantū cogites de monumē-
 tis exterioribus. nam etiam cor tuum est monumen-
 tum ac sepulchrum. Cum enim princeps vitiorum &
 angeli eius, illuc nidum collocauerint, & ibi vias &
 itinera confecerint, per quæ potestates Satanæ obam-
 bulent in mente tua & in cogitationibus tuis, nōnne
 infernus es, sepulchrum, monumētum, ac etiam mor-
 tuus deo? Illic enim Satanas argentum reprobum im-
 pressit, in hac anima semina amara seminavit, & an-
 tiquum fermentum pistum est, scaturit illuc fons lutii.
 Venit ergo dominus ad animas quærentes illum, &
 descendit in profundum inferni cordis, & illic impe-
 rat morti, dicēs, Emitte animas inclusas, quæ me que-
 runt

rūt, quas vi detines. Effringit igitur graues lapides ani
mæ superpositos, aperit monumēta, suscitat verò mor
tuum, & educit è carcere tenebroso animam inclu
sam. Quemadmodum si hominis habentis vinctos pe
des manūsque cathanis, quispiam vincula dissoluat,
cūmque liberum dimittat in aperto deambulare: sic
dominus animam ligatam cathanis mortis, soluit à
vinculis, & dimittit eam, liberans mentem: ut cum
delectatione & sine labore ambulet in aëra diuinum.
Non aliter quām si quis in pleno & medio flumine
demersus, iaceat in aqua mortuus, in medio ferociū
animalium suffocatus, quem velit aliis natans i mini
mè peritus saluare, qui etiam ipse simul pereat & suf
focetur: in eo negocio supereft, vt requiratur artifex
quidam natandi peritus, qui in profundum sinum a
qua descendat, & inde referat eum qui demersus est,
quique in medio beluarum iacebat: ipsa verò aqua,
vbi talem expertum & naturæ scientem conspexe
rit, huic auxiliatur, et eleuat eum in superficiē aquæ:
hoc modo anima in abyssum tenebratum & profun
dum mortis demersa, suffocata est & mortua à con
spectu dei, in medio dirorum animalium. Et quis po
test in secreta illa & profunda inferni mortisque de
scendere, nisi opifex ille, qui corpus cōdidit? Ipse vti
que duas partes penetrat, nempe profundum inferni
& intimū sinum cordis: vbi anima cum suis cogita
tionibus detinetur à morte: & è profunditate tene
brosa mortuū Adam educit. Ipsa quoque mors exerci
tationis ratione hominē adiuuat, velut aqua natan
tem. Quid enim difficile est deo, penetrare mortem &

imum sinū cordis , ac inde mortuū Adam reuocat̄
 Siquidem in præsenti seculo sunt domicilia & ædifi-
 cia, vbi habitāt homines: verūm sunt & alia , vbibe-
 stiæ, leones, dracones, et aliae beluæ venenosæ habi-
 tant. Si sol igitur, cùm sit creatura, nihilominus ingre-
 ditur quounque, per animalia illa et feras, in anta
 leonum, & cauernas reptiliū, & egreditur inde illæ-
 sus : quanto magis deus & dominus omnium nidos
 ingredietur , & domicilia vbi mors habitat: penetra-
 bit etiam animas, illinc eripiens Adam, nec tamē vl-
 lo modo lēdetur à morte? Pluuiā quoque descendēs ē
 cælo peruenire solet ad inferiores partes terræ , vbi
 exiccatas radices humectat, et renouat, producīque
 germen nouum. Alius est, qui angitūt et affligitur di-
 micans cū Satana: hic contritam animam habet, et so-
 licitudine ac mœrōre cōfectus lachrymas profundit,
 ac duplīcem personam sustinet. Si igitur in hoc nego-
 cio firmus perseveret in bello, domin⁹ est cū eo, et cō-
 seruat eum: quia diligēter querit, et pulsat ianuam,
 expectās quando illi aperiat. Item etiam si videatur
 tibi frater strenuus in ea difficultate, à gratia est con-
 firmatus. Qui verò caret fundamento , non tantope-
 rē deum timer, nec cōtritū est cor eius , carētque me-
 tu: nec obseruat cor suum & membra , ne inordinatē
 ambulent : talis adhuc perditam habet animā suam,
 quia nondum ingressus est certamen. Alius est ergo is
 qui est in certamine & afflictione , et aliis qui igno-
 rat quid sit bellum. Quandoquidē etiam semina, cùm
 in terram mittuntur, afflictionem sustinent à glacie,
 hyeme, & frigoribus aëris: postea tempore opportu-

Simile

Deus

Simile
z cutatio
yole

no reuiuiscit germen. At interdum contingit, ut Sata
nas in corde tecum disputet, inquiens, Vide, quanta
mala commisisti. Ecce, quanta socordia plena est ani-
ma tua, quam valde onustus es peccatis, & quod non
possis vlt̄rā saluari. Sed hæc agit, ut adigat te in despe-
rationem, tibiique persuadeat, non esse gratam pœni-
tentiam tuam. Nam ubi malitia per transgressionem
introitum cœpit habere, postea singulis horis alterca-
tur cum anima, tanquam homo cum homine. Tu ve-
rò respōde illi sic, Habeo scripta domini testimonia,
nempe, Nolo mortem peccatoris, sed pœnitentiam:
ut conuertatur ipse à via peruersa, & viuat. Nam
propterea descendit dominus, ut peccatores saluaret,
mortuos suscitaret, & à morte vulneratos vitæ resti-
tueret: eosque qui in tenebris erant, illuminaret. Re-
enim vera dominus adueniens vocauit nos in ado-
ptionem filiorum, ad sanctam & pace plenam ciui-
tatem, ad vitam nunquam morituram, ad incorru-
ptibilem gloriam: modò nos principio nostro bonū
finem imponamus, perseverantes in paupertate, pere-
grinatione, afflictione, & postulatione erga deum, si-
ne ullo pudore pulsantes ianuam. Quemadmodum
enim corpus propinquū est animæ, ita propinquior
est dominus ad veniendum & aperiendum fores oc-
clusas cordis nostri, & ad conferendū nobis diuitias
cælestes. Quippe bonus est & humanus, nec ullo mo-
do fallunt promissiones eius modo non desinamus us
que ad finem illum inquirere. Gloria sit miserationi-
bus patris & filij & spiritus sancti in secula. Amen.

Eze. 33.
c.

DE STATV A DÆ

POST IMAGINEM DEI PER-
ditam. HOMILIA XII.

D A M transgressus mandatum, duobus modis periit: priore quidem modo, quia perdidit puram & speciosam illam possessionem naturæ suæ, quæ creata erat ad imaginem & similitudinem dei: altero modo, quoniam imaginem illam amisit,

Sunt deinde: per quam, promissionem acceperat totius hæreditatis cælestis. Perinde ac si moneta regis imaginem habens, adulteretur, non tantum perit aurum, sed etiam imago nullius est momenti: tale quippiam Adæ contigit, cui opes ingentes & locupletissima hæreditas erat præparata, veluti prædium aliquod amplissimum & multi reditus, in quo sint fructuosæ vires, alibi fertiles agri, illic greges, alibi aurum & argentum: ita vas Adæ ante inobedientiam erat veluti locus quidam preciosus: at ubi cœpit habere prauas cogitationes & commœta, periit à conspectu dei. Nō tamen dicimus, quòd prolsus interierit, ac deletus sit & mortuus, sed quòd quantum ad deum, mortuus sit, sua tamen natura viuit. Nam ecce mundus vniuersus obambulat in terra & negotiat: verū oculus dei mentem ipsam cernit & cogitationes, & veluti circunspicit ac despicit, nec cum eis ullam cōtrahit.

societatem: quia nihil cogitant, quod deo sit gratum.
 tanquam si essent diuersoria & lupanaria aut loca
 similia, in quibus multa inordinate & intemperan-
 ter cōmitti solent: quâ si transierint pij homines, ex-
 ercantur: & videntes, non vident, tanquam sint apud
 illos mortua: ita deus eos qui deficiunt à verbo &
 mandato suo, circunspicit quidem, attamen despicit
 eos, nec cum illis quicquam habet cōmercij: nec re-
 quiescit in cogitationibus illorū dominus. INTER-
 R O G A T I O . Quomodo potest quispiam pauper
 esse spiritu: maximè cùm apud se senserit, se translatū
 esse, profecisse, ad notitiam denique & intellectum
 peruenisse, quem antea non habebat? R E S P O N-
 S I O . Quandiu quis hæc possidet, & promouet,
 non est spiritu pauper, sed de seipso præsumit. quan-
 doverò deuenerit ad talem intellectum & promotio-
 nem, ipsa gratia docet eum, re vera quidem iustum
 & electum, dei pauperem esse sp̄itu: vt qui de se ni-
 hil existimet, sed animo sit vilis & abiectus, tanquam
 nihil habens aut sciens, quāuis multa habeat et sciat.
 quod quidem naturale & concretum in mente homi-
 num. Num vides, quòd primus pater noster Abra-
 ham, cùm esset electus, terram et cinerem seipsum no-
 minabat? Dáuid etiam vñctus in regem, deum habe-
 bat secum. Quid tamen ait? Vermis sum & non ho-
 mo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Qui
 volunt ergo horū esse cohæredes, & cōciues ciuitatis
 cælestis, & cum eis glorificari, hac humilitate debent
 esse prædicti: neque apud se existimare, se aliquid es-
 se, sed cor contritum habere. Quanuis enim gratia Psa. 21. 4
 in

vnoquoque Christianorū varia opera edat, & diversa
 membra habeat: omnes tamen sunt eiusdem civitatis,
 animi & lingue, se mutuo cognoscentes. Sicut membra
 multa sunt in corpore, una verò in omnibus anima,
 quæ mouet illa: ita spiritus unus in omnibus ope-
 ratur diversimodè, eiusdem tamen sunt ciuitatis &
 viæ. Omnes enim iusti per viam angustiæ & afflictio-
 nis ambulauerunt, persecutionem & tribulationem
 sustinétes & contumelias, in pellibus caprinis, spelun-
 cis & cauernis terræ viuentes. Similiter & apostoli
 ad hanc usque horam dicunt, Et esurimus, et siti-
 sumus, nudi sumus, contumeliis afficimur, & instabiles sine
 sede vivimus. Quorum nonnulli capite trucidati sunt,
 alij cruci affixi, alij autem variis modis afflicti. Quin-
 etiam ipse dominus prophetarum & apostolorū, tan-
 quam oblitus gloriæ diuinæ, quomodo cōuersatus est:
 Ille, nobis se præbēs exéplū, contumeliis affectus, spi-
 neam coronam in capite gestauit, sputa quoque, colap-
 phos, & crucem sustinuit. Quapropter si deus ita con-
 uersatus est super terram, tu debes cum imitari. Cū
 etiā apostoli & prophetæ sic versati sint: ita nos quo-
 que si velimus superædificari supra fundamentum do-

1. Cor. 11. ^{ss} mini & apostolorum, debemus illorum esse imitato-
 res. Nā, inquit Apostolus per spiritū, Imitatores mei
 estote, sicut & ego Christi. Quod si gloriam hominū
 amplecteris, & ab eis coli expertis, & cum delecta-
 tione viuere desideras, à via divertisti. Nam oportet
 te simul crucifigi cum crucifixo, & cum eo qui passus
 est, pati: vt sic cum glorificato glorificeris. Siquidem
 sponsa pati debet cum sponso, & ita socia & cohæ-

tes fieri Christi. Non datur enim cuiquam, sine tribulationibus, aut per aliam viam, quam asperam, angustam & afflictionis plenam, ingredi ciuitatem sanctorum, & requiescere ac regnare cum rege per infinita secula. **INTERROGATIO.** Cum perdiditerit Adam propriam imaginem & celestem, igitur si patericeps erat imaginis celestis, spiritu sanctu habebat? **RESPONSIo.** Habebat utique, quandiu verbū dei erat cum illo, & madatum continebat omnia. Nā hoc ipsum verbum erat ei hereditas, erat in dumentū, & gloria operiens eos, erat doctrina. Nam concessum illi erat, omnibus nomina imponere: qui hoc nuncupauit cælum, illud solē, hoc lunam, illud terram, hoc volatile, istud beluam, aliud arborem: sicut edocebatur, ita appellabat. **INTERROGATIO.** Habantne sensum & communicationem sancti spiritus? **RESPONSIo.** Verbum ipsum cum eo manens erat ei omnia, siue cognitio, siue sensus, siue hereditas, seu disciplina. Nam quid ait Iohannes de verbo? In principio erat verbum. Vides, quod verbum erat omnia. Quod si etiam extrinsecus cum eo gloria erat, nō propterea scandalizemur, quia dicitur, quod nudicabant, nec mutuò se videbant. Sed post transgressionē madati, tūc se nudos esse cognoverūt, & pudore sunt perfusi. **INTERROGATIO.** Ergo antea vestimenti loco induebatur gloria dei? **RESPONSIo.** Quoadmodū spiritus in prophetis operabatur, & docebat eos, & intra eos erat, & exterius illis apparebat, ita & in Adā, quando volebat spiritus, erat cū eo, & docebat & moderabatur. Itaq; sic uno verbo cōclude:

Ioā. I. 4

Verbum apud eum erat omnia: & quandiu mandatum seruabat, amicus erat dei. Ceterum quid mitum, si in eo statu existes, transgressus est mandatum: cum etiam illi qui spiritu sancto repleti sunt, non careant cogitationibus naturalibus, et voluntate pro qua illis consentiantur? Ita Adam, cum esset cum deo in paradyso, a seipso et propria voluntate transgressus est, & deteriori portioni paruit: verum post transgressionem notitiam habuit. **INTERROGATIO.** Qualem? **RESPONSIO.** Quem admodum cum latro comprehensus trahitur ad iudicium, & eius causa dici incipit, rogat eum magistratus, cum haec mala committere, nesciebas, tecum prehendi posse, & extremum supplicium passurum? Non audet ille dicere, Nesciebam. nouit enim. & tractus ad supplicium omnia confiteretur. Itidem qui stuprum committit, ignorante quod perpera agat? Et qui furatur, ignorante se peccare? Sic etiam semotis scripturis, nonne cognoscunt homines, sola ratione naturali, deum esse? Non possunt itaque in illa die dicere, Non noueramus quod deus sis. recenset enim eis tonitrua et fulgura de celo emissa, dices, Ignoratis esse deum, quicque

Mat. 3, 14 git creaturam? Quid igitur clamabant demones, Tu es filius dei? Quare venisti ante tempus torquere nos? **Mat. 8, 27** In tormentis quoque dicunt, Vris me? Non nouerat igitur lignum scientiae boni & mali, sed transgressio Adam notitiam dedit. Quisque enim incipit interrogare, in quo statu erat Adam, et quid agebat. Ipse enim Adam scientiam accepérat boni et mali. Postea audimus ex scripturis, quod in honore et innocentia erat: sed transgressus mandatum, eiecit est de paradyso, et illic succépsit deus.

Præterea præstantiam suam didicit, ac calamitatem suam edoctus, sibi caueret, ne per peccatum vterius incidat in iudicium mortis. Cæterum vtique nouimus, quod omnis creatura dei per ipsum gubernatur. Ipse enim creavit cælum, terrā, animalia, reptilia, beluas quas videmus, numerum autem eorum ignoramus. Quis enim hominū hoc novit: excepto deo solo, qui est in omnibus, etiam in fœtibus imperfectis animalium? Nonne ipse scit omnia quæ sub terra sunt, & super cælos? His ergo prætermisso demus operam, tanquam boni mercatores, ut cælestem hæreditatem affquamur, & ea quæ conferunt animæ nostræ. Discamus eas possessiones cōsequi, quæ permāsuræ sint nobiscum. Nam si cœperit homo scrutari sensum dei, ac dicere, Inueni quippiam & comprehendendi: reperietur humana mens excedere sensum dei. Sed in eo multū aberrat. Quanto enim plus volueris cognoscendi ratione scrutari ac penetrare, tanto plus in profundum descendes, & nihil cōprehendes. Quæ enim meditatis, & quid quotidie tibi accidat, & quomodo, arcaña sunt hæc et incomprehensibilia: quæ tantum cum gratiarum actione suscipere & credere debemus. Si quidem potuisti ex quo natus es, adhuc usque tempus, nosse animā tuam? Recita mihi quæso, scaturientes in te cogitationes à manu usque ad vesperam. Dic mihi commentationes trium dierum. At nō potes. Si igitur assequi non potuisti cogitationes animæ tuæ, cogitationes & mentem dei qui potes inuestigare? Verum ede tu panem quantum reperies, & vniuersam terram dimitte. Abi ad ripam fluminis, & bibe quan-

tum tibi opus est: mox recede, nec curiosè inuestiges,
vnde nascatur aut quomodo fluat. Cura tantum, vt
sanetur pes tuus, aut morbus oculi tui, vt cernere pos-
sis lumen solis: et ne quæsieris, quantum lucis habeat
sol, aut in quo signo oriatur. Quod tibi cōmodo ce-
dit, accipe. Ad quid enim pergis ad mótes, & quæris,
quot illic pascatur onagri aut bestiæ? Et puellus quā-
do accedit ad vbera matris, lac sumit, & nutritur: nō
ramē nouit scrutari radicem aut fontem, vnde sic lac
influat. Lac enim fugit omnēmq; modulum lactis ex-
haurit: ac mamilla denuo alia hora impletur: hoc ip-
sum neque puellus nouit, neque mater eius: etsi reve-
ra ab omnibus membris maternis lac proficiuntur. Si
quæsieris ergo dominū in profundo, illic reperies eū
signa facientem. Si quæras eum in lacu, illic reperies
eum in medio duorum leonum conseruātem iustum
Danielem. Si verò quæras eum in igne, reperies illic
opem ferentem seruis suis. Sinautē in móte, reperies
eum illic cum Elia & Mose. Est igitur vbique: & sub
terra, & super cēlos, seu apud nos, vbique est. Hoce-
tiam modo anima prope te est, intra & extra te. Vbie-
nim volueris, apud longinquas regiones est mēstua,
sive occidentem versus, sive ad orientem: sive in cælis
illic reperitur. Enitamur igitur potissimum in nobis-
ipsis habere cauterium & sigillum domini. Quoniam
in die iudicii, quando fiet à deo separatio illa, & con-
gregabuntur vniuersæ tribus terræ filiorum Adam,
cùm vocabit pastor suum gregem: quicunque habue-
rint cauterium, cognoscent proprium pastorem. Pa-
stor quoq; eos qui suo signo notati fuerint, cognoscet,

& congregabit ex omnibus gentibus. Nam qui sunt
sunt, audiunt vocem eius, & sequuntur eum. In duás-
que partes diuidetur mundus: eritque unus grec te-
nebrosum, qui perget in ignem aeternum: alter lumine
plenus, qui deducetur ad quietem cælestem. Hoc igit-
tur ipsum quod nunc in anima possidemus, tum splé-
descet et manifestabitur, indueratque corpora gloria. S. mille
Quemadmodum tempore mensis aprilis radices in ter-
ra latentes fructus suos et flores ac speciosa quæque
producunt, et fructū afferunt, patefiuntq; fructuosæ
radices, similiter & illæ quæ spinas habent: sic & in
illa die quisque in corpore suo declarabit, quæ gessit,
patebuntque tam bona quam mala. tunc enim erit
vniuersale iudicium, & retributio. Est enim aliis ci-
bus, præter hunc visibilem. Nam cum ascēdit Moses
in montem, iejunauit quadraginta dies: ascendit ho-
mo, descendit habens deum. Ipsi iam perspicimus in
nobis, intra paucos dies deficere corpus, nisi sustente-
tur cibis. Moses autem, cum quadraginta dies iejunas-
set, fortior omnibus descendit. Siquidem alebatur a
deo, & regebat corpus illius alio cibo cælesti: quia
verbum dei erat ei pro alimento, & gloria relucebat
in facie eius. Et quod gerebatur, alterius rei figuram
præ se ferebat: quoniam illa gloria nunc intus splendet
in cordibus Christianorū. Siquidem resurrectionis die
corpora resurgentia alio & diuino vestimento operien-
tur, & vescuntur cibo cælesti. **INTERROGATIO.**
Quidnam est illud, Mulier orans non velato capite?
RESPONSIO. Quoniam apostolorum temporibus
promissos alebant crines pro velamento, propterea dō

minus & apostoli venerunt ad corrigendam creaturam. Mulier autem gerit typū ecclesiæ. Et quomodo exterius tempore illo mulieres loco velaminis passos crines habebant: sic & ecclesia filios suos diuinis & gloriose vestimentis induit & circundat. Sed antiquitus ecclesiæ Istraëliticæ vna erat congregatio, quæ protegebatur à spiritu sancto: & pro gloria spiritum induerant Istraëlitæ, licet ipsi non valde consonarent. Dicitur ergo ecclesia, tum de pluribus, tū de vna anima. Nam anima ipsa omnes cogitationes coaceruat, & est apud deum ecclesia: quia quadrat in societatem cum sposo cælesti, & temperatur cum illo qui cælestis est. Quod nō tantum in pluribus, sed etiam in uno

Ezech. n potest intelligi. Nam de Ierusalē propheta inquit, In 16. 4. " ueni te desertam & nudam: & indui te, & reliquæ tanquam de vna persona locutus. INTERROGATIO. Quid est, quod Martha dixit domino de

Lu. 10. " Maria, nempe, Ego torqueor circa multa, ipsa verò ti g. " bi assidet? RESPONSO. Dominus præoccupans quod Maria dicere debebat Marthæ, ait illi, quod M aria dimiserat omnia, & sedebat ad pedes domini, ac per totam diē deum benedicebat. Vides, assidendi beneficium pro dilectione collatum. Verū ut clariū pateat sermo diuinus, audi. Si quis diligit Iesum, & illi attendit, attendit inquam diligēter et nō frigidè, sed perseverat in dilectione: iam cogitat deus, donare quipiam eiusmodi animæ pro tali dilectione: licet homo ignoret, quid accepturus sit, qualémve portio- nē deus datus sit animæ. Mariæ siquidem, quæ illū diligebat, & sedebat ad pedes eius, non simpliciter

adhæsit, sed virtutem quandam secretam, è sua ipsius
 substantia cōtulit ei. Nam sermones, quib⁹ deus quie-
 tè Mariā alloquebatur, spiritus erant, et virtus quā-
 dam, penetrabāntq; cor huiusmodi verba, & anima
 animam, & spiritus spiritum: crescebātque diuina
 virtus in corde illius. Necessariò enim virtus illa, in
 quemcunque se effuderit, firma permanet, tanquam
 possessio quæ auferri non potest. Propterea dominus
 » sciens quid Mariæ cōtulisset, ait, Maria optimā par- ibidē.
 » tem elegit. Paulò post autem, quæ Martha benevolè
 gesserat circa ministerium, retulit ad eandem libera-
 litatis gratiam. Nam illa quoque virtutē diuinam in
 anima sua recepit. Sed quid mirum, si accedentes ad
 dominum, & adhærentes ei corporaliter, accipiebant
 virtutem, cùm apostolis verbum loquentibus cecide-
 rit super credētes spiritus sanctus? Cornelius ex ver-
 bo auditō consecutus est virtutem. Quanto magis cū
 dominus loqueretur verbum cum Maria, Zacchæo,
 aut peccatrice, quæ solutis capillis abstergebat pedes
 domini: aut cum Samaritana, aut latrone, emitteba-
 tur virtus, & cum eorum anima permixtus est spiri-
 tus sanctus? Nunc quoque qui deum diligunt, & re-
 lictis omnibus in oratione perseverant, docentur se-
 cretò quæ non nouerant. Ipsa enim veritas secundum
 » illorum intētionem se exhibet illis, & docet eos, Ego Iōā. 14.
 » sum veritas. Ipsi etiam apostoli ante passionem ver- 4.
 santes cum domino, signa magna videbant, népe quo
 pacto leprosi mūdabantur, & fuscitabantur mortui:
 ignorabant tamen, quomodo versaretur diuina vir-
 tus, aut se haberet in corde: quódq; oporteret eos spi-

ritaliter renasci & commisceri cum anima cælesti, et fieri nouam creaturam: verùm propter signa quæ faciebat, diligebat dominū. qui postea dixit illis, Quid admiramini signa? Hæreditatem opimam do vobis, quam mundus vniuersus non habet. Sed hæc verba tamdiu illis peregrina fuerunt, donec surrexit à mortuis dominus, & pro nobis extulit corpus super cælos. Tunc enim introiit spiritus paracletus, eorū animis permixtus. Ipsa quoque veritas seipsum patefacit fidelibus animis, acceditque cælestis homo ad hominem tuum, & inde fit vna societas. Quicunque igitur ministrant & alacriter omnia peragunt, zelo, fide, ac dilectione dei permoti, hoc ipsum aliquanto post tempore traducit illos ad notitiam veritatis. Dominus enim patefit eorum animis, & docet eos conuersationem sancti spiritus. Gloria & adoratio patri, & filio, & spiritui sancto, in secula. Amen.

Q V E M F R V C T V M A C H R I S T I A N O D E V S E X I G A T.

HOMILIA XIII.



M N I A quæ cernuntur, creauit deus, deditque hominibus, ut inde recreentur & delectentur. Legem quoque iustitiae dedit eis. Ceterum ab adventu Christi, fructum aliud atque aliam iustitiam requirit deus: nempe puritatem cor-

dis, conscientiam bonam, sermones utiles, castas et probas cogitationes, omnia denique sanctorum officia. Ait enim dominus, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & pharisaorum, non potestis ingressi regnum cælorum. In lege scriptum est, Nō mœchaberis. Ego autem dico vobis, Ne concupiscas, néve irascaris. Oportet enim eum qui desiderat amicus esse dei, conseruare se à sordibus peccati, & ab igne æterno, qui viget in nobis. Hoc enim nos regno dignos faciet. Gloria miserationi illius & benevolentiae patris, & filii, & spiritus sancti. Amen.

Mat. 5. 6

QUI SE DEDICANT

DEO, NON SINE SPE REM V-
nerationis id faciunt.

HOMILIA XLI.

S. 1. de.

N I V E R S A opera quæ spectantur in hoc mundo, spem ob aliquam fiunt: nempe mercedis recipienda gratia laborum suorum. Itaque nisi quis certissimè sibi persuadeat, se frumentum laboribus, nihil promouet. Nam & agricola seminat, sub spe recipiendorum fructuum: & labores sustinet propter expectationem. In spe, inquit, debet qui arat, arare. Et qui dicit uxorem, sub spe hæredum ha-

I. Corin.
9. b.

bēdorum ducere solet. Mercator quoque lucti gratia,
 mari & promptissimæ morti seipsum committit. Ea-
 dem ratione & in regno c̄lorum, ob spem quam quis
 concepit de cordis oculis illuminādis, seipsum dedit.
 cat, relictis rebus secularibus, dans operā precibus &
 obsecrationibus, expectans dominū, quando veniens
 illi seipsum patefaciat, & expurget eum à peccato ha-
 bitante in eo. Nec tamen cōfidit propter labores suos
 aut vitæ rationem, donec consequatur quæ sperat: &
 quoad dominus veniat, qui habitet in eo cum omni
 sensu & efficacia spiritus sancti. Cùm autem gustauer-
 it suavitatem domini, & fructibus spiritus delecta-
 tus fuerit, & ablato velamine tenebrarū lux Christi
 lucere cœperit, & vim suam edere cū gaudio inenar-
 rabili, rūnc roboratur habens secum dominū per mul-
 tam dilectionē: sicut ibi gaudet mercator, dum quæ-
 sum facit: angitur tamen & metuit à latronibus &
 spiritibus nequitia, necubi negligentior perdat ope-
 ram: donec perueniat ad regnum c̄lorū, in ciuitatē
 Ierusalem supernam. Igitur obsecremus & nos deum,
 vt exuat nos veterem hominem, & induat cælestem
 Christum ex hoc iam tempore: vt exultantes & ab ip-
 so directi, in multâ tranquillitate viuamus. Inquit e-
 nim dominus, cùm copiosum regni gustū nobis præ-
 io. 15.» berevellet, Sine me, nihil potestis facere. Porro etiam
 apostolorū ministerio multos nouit illuminare, (qui
 enim alioqui creaturæ erant, cōseruos educabant) &
 fratrem ac filium Christi facere, & aliquid præstan-
 tius quām cæteri homines: quippe qui cor ipsum &
 mentem consecrabant, similiter & cogitationes, ad
 deum

deum fixis oculis intuendum: qui secretò largiebatur
vitam, & opem ferebat cordi, seipsum cōmittens illi.
Cūm enim quis secreta sua, nempe mētem & cogita-
tionēs dedicat deo, nulli alteri rei aut inutili cogita-
tioni dans operam, sed vi seipsum cohibet: tum domi-
nus eum mysteriorum participē facit, in maiore san-
ctimonia & puritate: in cibūmque cælestem sese lar-
gitur, ac potum spiritalem. *Quemadmodum si quis*
cum multa bona, seruos, ac filios possideat, cibis aliis
seruos pascit, & aliis proprios filios ē semine suo na-
tos: quia filii sunt hæredes patris, & cuī eo mandu-
cāt, vt pote patri suo propemodum aequales: ita Chri-
stus, qui verus est dominus, omnia creauit, nutritque
prauos & ingratos: sed filios, quos ē semine suo ge-
nuit, & participes effecit gratię suę, in quibus forma-
tus est dominus, peculiari refectione, alimento, cibo
& potu, præter cæteros homines, enutrit, largitūrque
se illis conuersantibus cum patre suo: sicut ait domi-
nus, Qui manducat meam carnē, & babit meum san-
guinem, in me manet, & ego in illo, & morte non vi-
debit. Nam qui veram hæreditatem consequuntur,
sunt tanquam filii ex patre cælesti geniti: & in domo
patri sui viuunt, vt ait dominus, Seruus nō manet in
domo, sed filius manet in æternum. Igitur si velimus
ex patre cælesti inasci, debemus præclarus quipiam
*quām reliqui homines agere: nēpe studio, labore, ze-
lo, charitate, bona vita cōversatione, in fide & timo-*
re viuere: vt hi qui tanta bona consequi desiderāt, &
deum hæreditario iure possidere. Dominus enim pars
hæreditatis meæ, & calicis mei. Et ita dominus a-
Simile
Ioā. 6. f
Ioā. 8. d
Psa. 15. b

nim aduertens propositum illud bonum , & patien-
tiā, misericordiam suam exhibet: ac verbo suo cæle-
sti purificans nos, & mētes mortuas & corruptas, per
bonam ipsorum apostolorum conuersationem atque
doctrinam, suscitat & viuificat. Nam creatura fouet
& viuificat alteram creaturam. quemadmodum semi-
na frumenti atque hordei fouentur à nubibus, quæ
men sunt creaturæ. Itidem pluia & sol viuificat ea
quæ sibi mandata fuerint. At sicut lumen per fenestrā
ingreditur, sol verò in vniuersam terram radios emit-
tit: ita prophetæ luminaria erant peculiaris domus
Israël duntaxat: apostoli verò erant soles emittentes
radios in omnes partes mundi. Est ergo terra aliqua,
in qua quadrupèdia habitat: est quoque terra in aëre,
in qua volitant aues & viuunt, quæ si voluerint super
terram consistere aut deambulare, reperiunt aucu-
pes, à quibus capiuntur: est etiam terra piscium, ne-
pe aqua maris. Vnumquodque ergo in quo locona-
tum fuerit, siue in terra, siue in aëre, illic degit, pa-
scitur ac requiescit. Ad eundem quoque modum est
terra & patria Satanæ, in qua versantur, obambulant,
& requiescunt potestates tenebrarum & spiritus ne-
quitiarum: & est terra lucida ac diuina, in qua ambu-
lant & requiescunt angelorum atque sanctorum spi-
rituum ordines interiecti. Itaque nec terra tenebro-
sa his oculis corporeis videri potest aut palpari: ne-
que terra diuina & lucida palpatur aut videtur ocu-
lis carneis, sed spiritualibus patet, nempe oculo cor-
dis:ea scilicet quæ pertinet ad Satanam, oculo cordis
tenebrarum:quæ verò lucida est, oculo cordis diu-

mo. Cæterum ut prophano sermone perhibetur, quidam sunt montes ignei, in quibus ignis permanet, & illuc sunt animalia ouibus similia, ad quæ capienda venatores rotas ferreas conficiunt, & projectos hamos mittunt in ignem: propterea quod animalibus illici loco pabuli, potus, quietis, incrementi, vitae, omnium denique rerum vice est ignis. Quæ si traducas in alium aërem, statim intereunt. Indumenta eorum ubi sordibus maculata fuerint, non aqua, sed igne lavantur, & inde puriora fiunt & candidiora. Eadem ratione etiam Christiani, alimenti loco habent illum ignem cælestem, qui illis est requies, expurgat, lauat, & sanctificat cor illorum, præbet illis augmentum, illis denique est æter & vita. Qui si inde egrediantur, interimuntur à malignis spiritibus: sicut ibi, animalia ignem egredientia moriuntur, aut pisces aquam deserentes, aut animalia quadrupedia in mare proiecta suffocantur: aut velut volatilia ambulantia super terram, quæ capiuntur ab aucupibus. Sic etiam anima, quæ non permanet in terra illa, suffocatur & interimitur: quæ nisi obtinuerit illum ignem diuinum, loco cibi, potus, indumentorum, purificationis cordis, & sanctificationis animæ, comprehenditur à malignis spiritibus & corruptitur,

Nos autem videamus, an in terra illa inuisibili seminatis simus, & in vinea cælesti plantati. Gloria miserationibus illius. Amen.

Q V A M S A N C T E E T
C A S T E S E G E R E R E D E B E A T
anima Christiani erga Christum sponsum suum.

H O M I L I A X V .

Simile.

V E M A D M O D V M si
rex quidam præclarus, & vir
valde locuples gratam sibi re
periat mulierem pauperem, que
nihil excepto corpore suo pos
sидеat: cuius amore captus ve
lit etiam eam habere vxorem &
coniugem: illa verò summa be
nevolentia virum complectatur, ille
so seruato, quo
complectitur eum, amore: ecce pauper illa & ege
na, quæ nihil possidebat, omnium bonorum fit domi
na, quæ sunt apud virtù suum. Quòd si quippiam ges
serit præter decorum, aut aliter quam debuit, neque
decenter versata sit in domo viri sui: tum turpiter &
contumeliosè expellitur, ambabus manibus super ca
put positis: quemadmodum & in lege Mosis traditū
est de muliere lubrica, & quæ se viro suo inutile pœ
buit. Illaque tum ingenti mœrore & luctu afficitur,
secum reputans, quantis facultatibus lapsa sit, quan
tāquæ gloria & honore priuata, propter suam intem
perantiam. Ad eundē modum anima quam Christus
sponsus cœlestis sibi despōsauerit in societatem suam
mysticam ac diuinā, quæ' ve gustauerit opes cœlestes,
diligēter & ingenuè placere debet spōlo suo Christo,

ac ministerium spiritus sancti sibi creditum, decenter
 & conuenienter implere: nepe deo placés per omnia,
 & spiritum in nullo contristans: præclarā erga illum
 temperantiam ac dilectionē, sicut oportet cōseruans:
 in domo regis cœlestis rectè conuersans, quacunq; po-
 test benevolentia sibi datam gratiam amplexa. Eius-
 modi anima omnium honorū Christi domina consti-
 tuitur: fitque corpus eius, præclarum diuinitatis illius
 habitaculum. Si verò quid aberret, aut in ministerio
 suo quipiam agat præter decorū, nec egerit quæ do-
 mino grata sunt, et voluntati eius nō fuerit obsecuta,
 neque cum gratia spiritus secum habitate cooperata
 fuerit, tum contumelia atque ignominia afficitur, ac
 velut inutilis miniméq; conueniens societati regis cœ-
 lestis, vita priuatur. tandem illa tristitia, mœrore ac lu-
 ctu cū omnibus sanctis ac spiritibus intellectualibus
 conficitur: angeli, potestates, apostoli, prophetæ atq;
 martyres lugent eius causa. Quéadmodum enim gau-
 diū est in celo, vt inquit dominus, super uno peccato-
 re pœnitētiā agéte: ita tristitia multa est & luctus in
 celo propter unā animam ab æterna vita cadentem.
 Et sicut in hoc seculo, si quis diues obierit, cum cantu
 lugubri, lamentatione, & planctu effertur à vita per
 suos fratres, cognatos, amicos & familiares: ita pro-
 pter eam animā omnes sancti lugēt, lamētantur, ac vo-
 ces lugubres emittūt. Atque hoc alibi subindicat scri-
 ptura, dicens, Cecidit pinus: lugete cedri. Sicut enim
 cum populus Israëliticus videbatur placere domino
 (licet ei nunquam placuerit quo decet modo) colū-
 nam nubis habebat obumbrantem, & prælucentem

Lu. 15.6

5 mille.

alud

Zac. II.

a. alud

columnam ignis, mare videbat in cōspectu diuidi, & perlucidam aquam è petra egredi : vbi verò mens & voluntas eorum auersa est à deo, tum serpentibus traditi sunt, ac hostibus suis per miseram captiuitatē abducti, & dure seruituti subditi. Idem prorsus cōtingit animis nostris. Quod quidē spiritus sanctus mysticè

- Eze. 16. patefecit per Ezechielē prophetam, dum de istiusmo
 4. » di anima sub nomine Ierusalē loqueretur : Inueni te,
 » inquit, in deserto nudam, & laui te ab aqua impurita-
 » tis tuæ : & indui te vestimentum, & armillas circum-
 » posui manibus tuis, & torques circa collum tuum, &
 » inaures auribus tuis : & facta es mihi nominata inter
 » omnes gentes. Similam & oleum ac mel comedisti:
 » & denuo oblita es beneficia mea. Abisti post ama-
 » tores tuos, & cum pudore fornicata es. Eodem mo-
 do etiam spiritus admonet animam, quæ per gratiam
 deum cognoscit, & purificata est à pristinis pecca-
 tis, ac ornamenti spiritus sancti dotata, & prægusta-
 uit diuinum ac cælestem cibum : ob id tamen quod
 non sicuti decebat, diligenter in ea notitia versata
 est, nec decenter benevolētiam ac dilectionem Chri-
 sto sponso cælesti debitam conseruavit, proiicitur &
 expellitur à vita, cuius erat facta particeps. Nam po-
 test etiam Satanás surgere & eleuari contra eos qui
 ad eum usque gradum peruererunt : & cōtra eos qui
 per gratiam & virtutem deum cognouerunt, adhuc
 nequitia insurgit, & eos perturbare nititur. Quapro-
 pter certandum est, & summa prudentia nobis cauē-
 phili. 2 dum, ut cum timore salutem nostram operemur, sicut
 b. » scriptū est. Quicunque ergo facti cœlis participes sp̄.

titus Christi, in nullo, pusillo vel magno, contemptim
vos geratis, neque gratiam spiritus contumelia affi-
ciatis, ne exuletis à vita, quam iam adepti estis. Hoc
ipsum & in alia persona dicam: Sicuti seruus, qui ad
palatium aliquod accesserit, ut tractet supellec̄tilem
ministerio deputatam, ex iis quæ ad regem pertinent,
sumit cum alioqui nudus ipse venerit: ministratque
regi in vasis ad regem pertinētibus: in quo nihilo mi-
nus peragendo, summa prudētia ac discretione opus
habet, ne quid præter decorū ministret, alia pro aliis
esculenta apponēt mēsæ regiæ, sed ut deinceps prima
atq; postrema cibaria apponat. Qui si fortè per igno-
rantiam & sine discriminē, non ex ordine regi mini-
strauerit, periculo mortiique sit obnoxius. Sic & ani-
ma, quæ per gratiam & spiritum deo seruit, non par-
ua discretione ac prudentia opus habet, ne fallatur
in supellec̄tili diuina, nempe in ministerio spirituali,
propriam habens voluntatem gratiæ non consentien-
tem. Nam vtique fieri potest, ut in spirituali ministerio,
quod per interiorem hominem clām peragitur, ani-
ma ex propria supellec̄tili, hoc est spiritu proprio, do-
mino ministret. Veruntamen absque vasis dei, hoc est
sine gratia, impossibile est quempiam deo seruire, hoc
est deo gratum esse, ad quamcunque eius voluntatē.
Ceterū vbi anima gratiā est adepta, tum intellectu
multo atq; perspicacia opus est: quę etiā ipsa largitur
deus animæ ab eo postulati: ut gratissimè possit illi in-
seruire in eo spiritu quę accepit, & in nullo vincatur
à malitia, aut fallatur per ignorantiam, temeritatē ac
ignauia auersa, peragēt omnia præter decorū domi-

nicæ voluntatis. Talem enim animā manet suppliciū; mors & luctus : quod diuinus etiam apostolus dixit,

I. Cor. 11. Ne fortè, cūm aliis prædicauerim, ipse reprobus esſi.

9. " ciat. Vides, cū dei apostolus esſet, quo pacto timebat? Obsecremus igitur deum, vt quicunque gratiam dei consecuti ſumus, ſeruitum ſpiritus ſecundum voluntatem eius exhibeamus, promptissima voluntate, neque elato viuamus animo; vt hoc modo illi gratissimo conuersantes, & ſpirituali cultu ſecundum voluntatē eius ſeruientes illi, vitam æternam hæreditario iure possideamus. Si fortè quis ægrotet, contingere tamē potest, vt membra quædam ſana habeat: verbi gratia, in parte viuua, oculum, aut aliquid aliud membrum, cum alioqui reliqua membra ſint affecta: ita ſe habet in re ſpirituali. Probabile eſt enim, quempiam tria membra ſpiritus habere ſana, ſed non propterea perfectus eſt. Vides quo gradus & modi ſunt apud ſpiritum: quomodo item non in momento, ſed paulatim vitium augescit & imminuitur? Vniuersa ſunt prouidentia & dispensatione domini. Solis ortus & omnes creaturæ facta ſunt propter regnū quod adepti ſunt electi: nempe ad constituendum regnū pacificū & concordiæ plenum. Debent igitur Christiani per omnia contendere, ne quempiam omnino iudicent, ſiue meretricē prostitutam, ſiue peccatores, aut inordinate viuentes: ſed simplici intentione & pure oculo omnes ſpectare: ita vt hoc ipsum ſit cuiq; quaſi naturale & concretū, ne quempiam floccipēdat aut iudicet, neve execretur, aut habeat in aliquo diſcri- mine. Si monoculū ſpectaueris, ne diiudices in corde

Simile

*Nō iudi-
candū.*

tuo, sed perinde ac si sanus esset, illum intuere: mancū
 aspice, quasi non mancum: claudum, velut rectē ince-
 dentem: paralyticum, sicuti valentem. Ea est enim pu-
 titas cordis, ut vidēs peccatores aut infirmos, compa-
 tiaris & misericordia mouearis in illos. Nam hoc ade-
 pti sunt sancti domini, ut velut in specula sedentes cō-
 templētur deceptiones seculi: ipsique secundum inte-
 riorem hominem cum deo loquuntur: secundū exte-
 riorem verò videntur oculis intuētum quasi specta-
 tores eorum quæ fiunt in hoc mūdo. Seculares igitur
 aliam vim consecuti sunt à spiritu erroris: nempe ut
 sapiāt ea quæ terrena sunt: & alterius voluntatis ani-
 mi, seculi, atque ciuitatis sunt Christiani. Nam in eo-
 rum animis residet spiritus dei, & cōculcant aduer-
 sarium. Scriptū est enim, Nouissimè inimica destrue- 1. Cor. 15
 tur mors. Itaque qui deūm colunt, sunt omniū domi- d.
 ni: peccatores autem & qui remissæ sunt fidei, contra
 sunt planè serui, & vruntur igne, interimuntur lapide
 & gladio, tandemque dēmonū imperio subiiciuntur.

IN T E R R O G A T I O . An in resurrectione om- De Re-
 nia membra resurgent? R E S P O N S I O . Omnia surre-
 deo sunt perfabilia. Sic itaque futurum promisit ille, surrec-
 licet infirmitati & cogitationi humanæ videatur hoc
 tanquam impossibile. Ut enim deus è puluere ac ter-
 ra sumens, aliam quandam naturam condidit, nem-
 penaturam corporis terræ dissimilem, & multa gene-
 ra creauit, veluti pilos, pellē, ossa, & neruos. Et sicut sumit.
 acus in ignē proiecta mutato colore vertitur in ignē, resurrectio-
 non tamen planè deleta est natura ferri, sed subsistit:
 ita in resurrectione resurgunt omnia membra, nec, vt

Lu. 12. » scriptū est, perit capillus: lucida reddūtur omnia mēbra, & lumine ac igne tinguntur : mutantur quidem at non (vt quidem aiunt) resoluuntur, aut in ignem euadunt, vt vtrā nō subsistat natura. Petrus enim Petrus est, & Paulus Paulus, ac Philippus Philippus permanet, quisque in sua propria natura & subsistentia spiritu repletus. Quòd si afferas, resolutam esse natūram, iam nō Petrus aut Paulus, sed prorsus & vbique deus : nec qui abeunt in gehennam, supplicium sentiunt: nec qui migrant in regnum cælorum, beneficē.

Simile . tiam experiuntur. Verbi gratia, Quemadmodum si hortum variis arboribus fructiferis consitum , vbi erat pirus, pomus, & vitis habens fructum & folia, mutari contingat, similiter & vniuersas arbores ac fo lia, & in aliam naturam conuerti, prioraque illa euadere lucida: sic etiā homines in resurrectione mutantur, et fiunt membra eorum sancta & perlucida. Quā obrem viri diuini preparare se debent ad certamen & prælium. Et sicut strenuus adolescens illata verberra & certamen sustinet ac repercutit : ita etiam Christianum externas tribulationes, tum interiora bella perferre debet, vt afflicti vincant per patientiam. Ea via christi est enim Christianæ religionis via, vt vbi est spiritus sanctus, ibi statim sequatur cōflictus & persecutio. Videlicet prophetas, quonā pacto à cōtribulibus suis persecutiōne passi sunt, in quibus tamen spiritus operabatur. Vides, quomodo dominus, qui est via & veritas, nō ab alia gēte, sed à suis persecutione affectus est, nempe à propria tribu Israël: à qua etiā est cruci affixus. Itidē & apostoli. Itaq; statim à cruce transit spiritus para-

cletus, & migravit ad Christianos : ita ut de cætero nullus Iudæorū persecutionē passus sit, sed Christiani martyriā pertulerunt. Quare non debent obstupescere: quia necesse est veritatem pati persecutionē. IN T R O G A T I O. Quidā aiunt, vitium exterius ingredi: & si velit homo, nō recipit, sed repellit illud.

R E S P O N S I O. Quemadmodum serpens locutus cum Eua, quia paruit illa, introgressus est : sic etiā nūc propterea quod obtemperat homo, peccatum quod extræ est, introgreditur. Peccatum enim habet facultatē & libertatē ingrediēdī cor: quia cogitationes nō extinsecus procedūt, sed intrinsecus ex corde. Dicit enim apostolus, Volo viros orate sine ira & cogitationib⁹ prauis. Nam secundum euangelium, de corde excunt cogitationes. Accede itaque ad orationem, & examina cor tuum ac mentem, & in votis habe puram orationem emittere coram deo, & intuere, num ibi sit aliquid impedimenti: nempe an fiat oratio pura, an occupata sit mens tua circa dominū, perinde ac animus agricolæ circa agriculturā, animus viri circa vxorem, & mercatoris circa negociationem. Item an flectas genua tua inter orādum, nec alij cogitationes tuas distrahant. Verūm inquis, dominum venientem, per crucem condemnasse peccatum, nec amplius intra residere. Verūm, sicuti miles, cuius currus depositus est in domo alicuius, cùm libuerit, facultatem habet ingrediendi & egrediendi domum illam: ita etiam peccatum cogitationes serere potest in corde. Scriptum est enim, Introiuit Satanás in cor Iudæ. Quod si perseueres dicere, per aduertum Christi damnatum

I. Ti. 2. e

Ma. 15. b

Simile

penitentia

Lu. 22. 4

esse peccatum, nec post baptismū , vitium habere vbi
pascatur aut colloquatur in corde, ignoras quot ab ad-
uentu domini ad hoc usque tempus baptizati sunt, et
nihilominus interdum prava cogitauerūt. Nonne ex
eorum numero quidam conuersi sunt ad vanam glo-
riam, stuprum, aut ingluuiē? Porrò an omnes secula-
res, qui versantur in ecclesia, puro & irreprehensibili
corde sunt? An non reperimus post baptismum mul-
ta committi peccata, ac plerōsq; delinquere? Post ba-

ptismum igitur pabulum habet prædo, & ingredi po-
test, et agere quod libuerit. Scriptū est enim , Diliges
6.4. " dominum deum tuum ex toto corde tuo. Verū dicis,
Diligo, & habeo spiritum sanctū. Estne apud te me-
moria, amor, et desiderium ardēs erga dominum, ita
ut noctu diuīque sis ibi deuinctus? Si tali præditus es
dilectione, vtique purus es. Quod si eam non obtines
perge disquirere:cūm se obtulerunt negotia terrena,
aut cogitationes turpes et prauæ, an non ad hujuscemodi
declinaueris, sed perpetua dilectione ac deside-
rio dei ducitur anima tua? Cogitationes enim huius
mundi distrahūnt animū ad terrena & corruptibilia,
nec sinunt diligere deū, aut memoriā habere domini.
Itaq; s̄pēnumerò idiota genu flexo pcedit ad orādū,
& ingreditur mens eius delicias , ac tantopere fodit
ima, ut effringatur paries vitiorum obſistens, & pene-
tret in visionē et sapientiam:quò potentes, sapientes,
autoratores non perueniunt , ut affluantur aut co-
gnoscant subtilitatem mentis eius, quia versatur circa
diuina mysteria. Nam qui probare margaritas nō no-
vit, eas vtique estimare non potest : eo quod eius rei

sit expers. Quamobrem Christiani quæ præciosa sunt
in terra, execrantur, & habent ea ut stercora, illorum
facta collatione cum præstantia quæ operatur in illis.

INTERROGATIO. Potestne labi vir habés do-
num gratiæ? RESPONSIo. Vtique labitur, si ne-
gligat. Nam hostes nunquā quiescūt, nec mouere bel-

lum dubitant. Quanto minus cessare debes ab inqui-
rēdo deo? Damnum enim tibi non modicū imminet
si negligas, licet in ipso gratiæ mysterio probatus vi-

deare. INTERROGATIO. An post lapsum ho-
minis permanet gratia? RESPONSIo. Deus op-
tat hominem ad vitam denuò reducere, eumque hor-

tatur iterum ad luctum & pœnitentiam: sin perseue-
ret, ad luctū & pœnitentiam, iterum hortatur homi-
nem ut eum pœniteat eorum nomine, quæ quondam

deliquit. INTERROGATIO. Imminētne per-
fectis afflictio aut bellum, an planè securi sunt? RE-
SPONSIo. Hostis nemini bellum inferre desinit. Sa-

tanás autem misericordiam nescit, hominémq; sum-
mo prosequitur odio: quapropter in omnes homines

mouere bellum non dubitat: sed nō iisdem modis cū-
ctis adoriri videtur. Siquidē præfecti & comites tri-
buta pendunt regi, rex autē confidens in diuitiis suis,

in auro & argento, tanquā ex eo quod abūdat, nulla
damni habita ratione, tributa coaceruat. Ac velut is

qui præbet eleemosynam, nullo modo iacturam sibi
proponit: sic & satanas ista tanquam superflua existi-
mat. Est autem pauper quotidiano cibo indigens, qui

affligitur & torquetur, nec potest opus illud adimple-
re. Est quoque qui angustiis & tormentis grauiter an-

S. m. le.
legula

S. m. le.

gitur, nec moritur tamen. Est etiam aliis, qui propter verbum vnum capite truncari iubetur, & perit. Sic & apud Christianos, sunt qui vehementer impugnatur & vellicantur à peccato, qui subinde ad bellū fortiores & prudentiores eudunt, vires aduersarias cōtemnentes: nec in hac parte periculum aliquod subeunt: quia sunt constantes & securi de sua ipsorum salute, frequētem ob exercitationem bellicam aduersus vītia, vnde peritiores euaserunt: habentes itaque deum apud se, diriguntur & requiescunt. Alii verò nondum exercitati, si occurrat aliqua afflictio, aut moueatur bellum, confessim in interitum & perditionem delabuntur. Sicuti qui profiscuntur ad ciuitatem, volentes amicos & familiares suos inuisere, licet multis per nundinas occurrant, ab iis tamen pullo modo impediuntur: quia hoc habent in animo, ut amicos reperiant: qui cum foris ianuam pulsauerint & accersierint, læti aperiunt amici illorum. Sin autem moram traxerint in eiusmodi nundinis, illudantur & retineantur ab iis qui illis occurrunt, tandem clauduntur fores, & nemo illis aperit. Ita qui ad Christum dominum nostrum, verū amicū, peruenire desiderant, reliqua omnia debent aspernari & prætermittere. Et qua ratione qui palatium aliquod ingrediuntur, ut regem inuisant, siue comites sint, siue præsides, non parum metuunt, quomodo sunt responsi, & ne in respondendo lapsi reprehensionem & supplicium incurvant: rustici verò & simplices homines, qui nunquam regem inuisunt, securè vivunt: sic etiam mundus hic qui sub calis est, à regibus v.

Simile

*Chn huius
religio
Est spu
frenue*

que ad pauperes, cùm ignorent gloriam Christi, de rebus tantum secularibus sunt solliciti: nec citò quis in mentem reuocat diem iudicii. Qui verò cogitationibus ascendunt ad tribunal Christi, vbi est thronus eius, perpetuò stantes in conspectu illius, sunt in continuo metu & tremore, ne quoquo modo aberrent à sanctis eius præceptis. Et quemadmodum divites huius seculi cum vberrimos fructus in apothecas suas intulerint, denuò maiorem quotidie suscipiunt laborem, ut locupletiores sint & non deficiant: qui si confidentes in opibus reconditis, alias coaceruate negligant, vbi consumperint quæ reposuerant, in paupertatem & mendicitatem citissimè labuntur: & ob id in percipiendis & inferendis fructibus diligentem debent operam adhibere, & aceruos cumulatores reddere, ne redigantur ad inopiam: hoc modo & apud Christianos, accidit ut quispiam gratiam dei gustet. Gustate enim, inquit, & videte quoniam suavis est dominus. Est autem gustatio illa, virtus spiritus operans cum plenitudine fidei, & ministerium suum exhibens in corde. Nam quicunque sunt filii lucis & ministerii noui testamenti per spiritum sanctum, hi nihil ab hominibus didicerunt: quia sunt à deo edocti. Ipsa enim gratia inscribit in cordibus eorum leges sancti spiritus. Quamobrem non tantum in scripturis atramento scriptis debent confidere, sed in tabulis cordis gratia diuina describit leges spirituales, & mysteria cælestia. Nam cor regit ac moderatur vniuersum organum corporeum. Quod si gratia pascua cordis occupauerit, omni-

*Simile**graha**psa. 33. b*

bus membris & cogitationibus imperat. Illic enim mens residet, & vniuersæ cogitationes animæ, ac fiducia ipsius. Quapropter gratia per omnia membra corporis graditur. Sic ecōtra peccatum regit cor eorum, qui sunt filii tenebrarum, penetratque per om-

M A . I S » nes partes. Nam ex corde exeunt cogitationes prae*b.* » & ita peccatum diffusum perfundit hominem tenebris.

Qui verò negant vitium vnā cum homine foueri & crescere, nec de crastino sunt solliciti, nec concupiscentia ducuntur. Ad certum enim tempus vitium desuit illos perturbare per concupiscentiæ suggestionem: ita ut audeat homo iurejurando affirmare in se ultra non excitari tales affectionem: tamen paulo post vitetur concupiscentiæ vitio, ita ut in eo periodus inueniatur. Sicut enim aqua transit per fistulam: ita peccatum per cor & cogitationes. Quicunque autem hoc negant, ab ipso peccato arguuntur & illuduntur, de illis postea triumphaturo. Dat enim operam malitia, ut lateat, & secretò habitet in mente hominis. Si quis ergo deum diligit, deus quoque cū eo suam ipsius permiscet dilectionem: & cū semel crediderit in deum, addit illi deus fidem cælestem: et ita homo efficitur duplex. Ut possis igitur ex membris tuis offerre deo, ille ipse ex propriis veluti membrorum similia permiscet cū anima tua, ut omnia sincere possis peragere, diligere, atque precari. Summae enim dignitatis est homo. In tuere quantum sit cælum, quāta sit terra, sol & luna: non tamen placuit domino in illis requiescere, sed in homine solo. Antecellit igitur homo cūctis creaturis, & forsitan audebo dicere, nō tūm

tum visibilibus, sed etiam inuisibilibus, nempe spiritibus ministratoriis. Nequaquam enim dixit deus de Michaële & Gabriele archangelis, Faciamus ad similitudinem & similitudinem nostram: sed de substâlia intellectuâ hominis, de animâ in qua immortali. Scriptum est enim, esse ordines angelorum in circuitu timentium eum. Atqui creaturæ visibiles immutabili quadam natura præditæ sunt. Cælum itaque semel ordinatum est, sol, luna, & terra: nec tamen in illis placuit deo: neque possunt aliter conuerti, quam illis datum est in creatione, caténtque voluntate. Tu vero formatus es ad imaginem & similitudinem dei, propterea quod quemadmodū deus sui iuris est, & quod vult facit, ita ut si visum sit ei, per potentiam suam mittere possit iustos in gehennam, peccatores autem in regnum cælorum (licet hoc minimè velit, nec ei gratum sit: quia dominus iustus est iudex.) Sic & tu tui iuris liberū arbitriū es, & mutabilis naturæ. Itaque si perire libeat, si ve- lis blasphemare, venena conficere, ac hominem occidere, nemo tibi repugnare, aut prohibere te potest. Si velit quispiam, obtemperat deo, sequiturque viam iustitiae, ac desideria vincit. Mens enim eiusmodi, quæ resistit & reluctatur, potest obfirmata ratione coercente vitiorum impetus & obscœna desideria. Nam si in ampla domo, in qua vasâ aurea multa sunt, auro tecta, & argentea, varia vestimenta, ubi denique abundant aurum & argentum, adolescentes & iuueniales, qui ibi conuersantur, reprimunt animu[m] suum, quanvis natura propter inhabitans peccatum omnia concupiscat: & quia metuunt humano more dominos, li

Natura
hominis
quals.

bidinis impetu retinent: quanto magis, ubi timor dei viget, reluctari atque aduersari mens debet contuber nali vitio? Præcepit enim deus, quæ sita sunt in tua po testate. Cæterum animalium ratione carentium natu ra vincita est, veluti natura serpentis amara est & ve nenoſa: omnes igitur serpentes sunt eiusmodi. Lupus rapax est: omnes igitur lupi sunt eiusdem naturæ. Agnus, quia simplex est, patet rapinæ: propterea omnes agni sunt illius naturæ. Columba simplex est & syn cera: omnes igitur columbæ sunt illius naturæ. At ve rò homo non ita se habet. quidā enim est lupus rapax, & quidam velut agnus rapinæ obnoxius: & utrum que proficiuntur ab eodem genere humano. Est, qui vxore sua non contentus, adulterium committit: est alius, qui ne tale quidem desiderium in cor suū ascen dere permittit. Est, qui bona proximi sui eripit: est aliis, qui propterea quod deum colit, etiam sua largi tur. Vides, quam versatilis sit ipsa natura, & quod ad vitium propensa sit, & ediuerso etiam ad bonum & honestum: & secundum utrumque proprietatem ad quas voluerit actiones apta est inclinare. Capax est igitur natura tum boni tum mali, aut diuinæ gratiæ aut aduersariæ facultatis: nulli tamen necessitatibus subiacet. Si quidem initio, cum Adam in puritate vi ueret, dominabatur cogitationibus suis: at ex quo transgressus est mandatum, tanquam montes grauif simi incumbunt eius animo, ac vitiosæ cogitationes permixtæ omnino factæ sunt velut ipsius propriæ: quanquam nulla propria est ipsius, quia occupantur à vitiis. Debes ergo in posterum inuestigare lu

ternam, qua accensa reperias cogitationes puras. Sicut enim illæ naturales, quas produxit dominus : quæ quidem educatæ dñciderunt in mari natare : nec obstupescunt, si fluctus aut tempestates emerserint. Ita-
Simile
 que Christiani non aliter se habent, quam mens pueri tres annos nati, quæ non potest pertingere aut asequi perfecti oratoris animum, quia multum temporis interfluxit. Sic & Christiani, non aliter quam infantes pusilli, mundum comprehendunt, spectantes gradum gratiæ. Sunt enim peregrini in hoc seculo: ciuitas autem eorum & requies est alia. Habent enim Christiani consolationem spiritus, lachrymas, luctum, & planctum : suntque illis lachrymæ deliciarum loco. Sunt in metu cum gaudio & exultatione : sunt denique velut homines gestantes in manibus suis sanguinem suum, non confidentes in seipsis, aut existimantes se aliquid esse : sed nullius momenti & reiectitii habentur apud omnes homines.
Simile
 Quemadmodum si rex apud quendam egenum, thesaurum suum deponat, is qui accepit custodiendum, non reputat illum ut suum, sed ubique fatetur inopiam suam, nec audet dispergere quipiam ex alieno thesauro : semper hoc habens in animo, quod non solum thesaurus est alienus, sed quod rex & vir summa potentia depositum illum apud me: qui quando volet, à me reperet. Eiusdem debent esse sententiae qui gratiam dei sunt adepti, nempe ut humiliter de se sentiant, & mendicitatem suam confiteantur. Quemadmodum enim mendicus, qui thesaurum à rege depositum accepit, si de
Gratia
Simile

alieno thesauro cōfidens, tāquam de propriis opibus extollatur, & superbiam cor eius concipiat: aufert ab eo rex thesaurum suum: & qui loco depositi illum acceperat, talis manet, qualis erat antea, nempe mendicus: ita qui gratia dei sunt præditi, si efferantur, & superbiam eorum corda cōcipiant, tollit ab eis dominus gratiā suam, & tum remanent iij qui prius erant antequam à domino gratiam accepissent. Verūm ple
rique gratiam vel secum inhabitantem à peccato clā
Sinile. subtrahi nō percipiunt. Quemadmodum si fuerit in aliqua domo quidam adolescens, similiter et iuvenia, quæ ab illo blanditiis illecta, assentiatur illi, stuprum committit, & fit dignus qui expellatur: ita di-
rus ille serpens peccati comitatur animam, alliciens eam & prouocans: quæ si assentiatur, cōmunicat anima incorporea cum vitio spiritus incorporeo, hoc est spiritus cum spiritu communionem habet, & fornicatur in corde suo is qui assentitur, & cogitationem ne-
quissimi recipit. Certaminis igitur tui modus est iste, ne forniceris in cogitationib⁹ tuis, sed animo resistas: & interius præliare & contendas: nec obtemperes, néve succumbas vitio in cogitationibus. Qnōd si do-
minus talem in te alacritatem inueniat, in regnum te suum assumet in nouissimo die. Quandoquidem nō nulla sunt, quæ dominus ita dispensat, vt testimonium gratiæ diuinæ & vocationis suæ præbeat. Sunt item & alia quædam, quæ ita permittendo moderatur, vi probetur & exerceatur homo: quò perspicua fiat hu-
mani libertas arbitrij. Nam qui tentationibus & af-
flictionibus premuntur, si sustinuerint, nō priuantur

regno cælorū. In reb⁹ igitur asperis nō cruciātur Chri-
 stiani aut anguntur: nec debēt obstupescere, si per in-
 opiam aut improbam tractationē examinātur: sed po-
 tius cum mendicitate lätari, & illā pro diuitiis habe-
 re, ieuniū pro deliciis, ignominiam & dedecus loco
 gloriæ. E diuerso, si inciderint in res quò ad hancvitā
 præstantes, quæ pelliciant eos ad voluptatem carnis,
 aut ad diuitias, ad gloriā, aut delicias, non debent ob-
 hæc lätari, sed ab his cauere tanquam ab igne. In re-
 bus externis, si gens aliqua exigua moueatur ad bellū
 gerendum contra regem quempiam, non valde labo-
 rat ille in eo bello sustinēdo: sed mittit milites cū im-
 peratoribus, qui bellū conficiunt. Si verò gēs illa quæ
 insurrexit, sit numerosa, quę possit expugnare regnū
 eius, cogitur rex ille cum domesticis & copiis suis, in
 bellum procedere ac configere. Perpende igitur di-
 gnitatē tuam, nēpe quòd deus exurrexit cum exerci-
 tu suo, angelorum inquā & spirituum sanctorum, vt
 pro te vel ipse met legatione fūgēs, te redimeret à mor-
 te. Quare animum tuum collige, & considera, quan-
 ta fuit opus in gratiam tui prouidentia. Et quoniam
 exemplo seculari vsi sumus, tanquam adhuc agentes
 in hoc mundo: quemadmodum si rex obuius fiat ege-
 no cuidam & vulnerato, cuius eum non pudeat, sed
 salubribus medicamentis curet eius vulnera, & illum
 inferri iubeat in palatiū suum, eūmque purpureo ve-
 stimento ac diademate exornet, denique suę mēsæ so-
 cium faciat: ita Christus rex cælestis accedens ad ho-
 minē grauiter vulneratum, sanauit eum, ac regiæ suę
 mensæ fecit participē: & hoc quidē non vi compellēs

voluntatem eius, sed inuitas eum ad tales dignitatē.
Lu.14. d Siquidem scriptum est in Euāglio, dominum misisse
 seruos suos, ad vocandum eos qui vellent venire, de-
 » nuncians illis, prandium meum paratum est. Qui ve-
 » rō fuerant vocati, excusauerūt se, dicentes, alter qui-
 » dem, Emī, inquit, iuga boum: alius, Vxorem duxi. Vi-
 des, paratum esse eum qui vocauit: sed qui erant vo-
 cati, tenuisse. Illi profectō suipius rei facti sunt. Tan-
 ta ergo est Christianorum dignitas. Quin tu perpēde,
 dominum præparasse illis regnum, & accersere illos,
 ut ingrediantur: ipsi verò nolunt. Porrò de munere illo
 quod consecuturi sunt Christiani, hoc recte quis di-
 cere possit, nempe, si quisque ex quo creatus est Adā,
 ad consummationem vsque mudi, certaret contra Sa-
 tanam, & perferret afflictiones, magnum nihil pera-
 geret, collatione facta cum gloria quam est adeptu-
 rus: quia regnaturus est cum Christo per infinita secu-
 la. Gloria sit illi, qui tantopere dilexit tales animam.
 quia se ipse suāmque gratiā cōtulit & credidit ei. Glo-
 rīa sit magnificētiā ipsius. Secundum ea quā subia-
 cent oculis, ecce nos omnes fratres, qui sedemus, vna
 gestamus imaginem, & vnam faciem, videlicet Adā:
 estne etiam vna omnium voluntas & vnum cor in
 secretis & penetralibus hominis? nam ita omnes vnu-
 erimus, nempe boni & pii: an potius quidā nostrum
 sunt, qui cum Christo & angelis eius cōmercium ha-
 bent: alij verò cū Satana & dæmonibus? Omnes qui
 dem ad instar vnius simul sedemus, vnamque faciem
 Adā gerimus. Vidēsne, quo pacto substantia intelle-
 cituā & interior homo quippiam aliud est quam ex

terior? Nam omnes quidem tanquam vnuſ esse appa-
remus, & nihilominus hi cum Christo sunt & cum
angelis: illi verò cum Satana & spiritibus immuni-
dis. Cùm ergo cor sit infinitæ profunditatis, ibi sunt
triclinia, cubicula, fores, vestibula, ministeria multa,
& exitus: ibi est officina tum iustitiae tum iniqui-
tatis: ibi est mors & vita: ibi bona negotiatio &
contraria. Quemadmodum si palatium magnificum *Simile.*
fuerit, quod deseratur, & omnis generis fœtore re-
pleatur, & cadaveribus multis: sic cor, quod est pa-
latium Christi, omnimoda impuritate refertum est,
ac turbis plurimis prauorum spirituum. Quamobré
restaurandum est illud ac reædificandum: suntque
præparanda prōptuaria & cubicula. Nam rex Chri-
stus cum angelis & sanctis spiritibus venit illuc, vt
ibi requiescat, habitet & inambulet, regnumque
suum collocet. Itaque quemadmodum si nauis ap-
paratu multo fuerit munita, in qua sit gubernator,
qui regat omnes & moderetur, quibusdam timorem
incutiens, alios verò dirigens: eiusmodi est cor, ha-
bens mentem pro moderatore, conscientiam arguen-
tē, cogitationes accusantes ac defendētes. Ait enim,
"Cogitationibus inter se inuicem accusantibus, aut e-
"tiam defendantibus. Vides quod conscientia non ap-
probet eiusmodi cogitationes, quæ obsequuntur pec-
cato: sed confessim reprehendit. Neque enim men-
titur. Nam illa tanquam perpetuò reprehendens, te-
stificatur, quid dictura sit in conspectu dei, in die iudi-
cij. Veluti si currus præsto sit, fræna, animalia, & vni-
uersus apparatus sunt sub uno moderatore, ut quādo

Ro. 2. c.

velit ille velocissimo cursu vehatur: cūm velit, retinet illū: & iterū quoque libuerit, cōuertat, ac statim sequatur: & eam ob rē totus currus potestati moderatis subiaceat: sic & cor multas habet cogitationes natu-

Consciē- rales sibi adhærentes: mens autem atque conscientia **tia regit** reprehendit ipsum atque dirigit, & sedat cogitationes naturales in corde nascētes: quia membris multis **cogita-** **tiones.** prædita est anima, licet vna sit. Ex quo enim Adā trās gressus est mandatum, serpens ingressus, factus est do minus domus, & est cum anima velut altera anima.

Luc. " Inquit enim dominus, Quicunque sibi ipsi non renun **I 4. f.** " ciauerit, & qui non oderit animā suam, non est meus **Ioan.** " discipulus. Et, Qui amat animam suam, perdet eam. **12. d.**

Victoria
sui quā-
es sit. Quoniam peccatū subingrediēs animam, factum est membrum illius, ac ipsi homini corporeo abhæsit. & inde scaturiunt in corde permultæ & immūdæ cogitationes. Quapropter qui facit voluntatē animā suā, facit voluntatem cordis, quia cū illo perplexa & permixta est anima. Quocirca qui subiugat animā suam, ac sibi suisque appetitionibus subirascitur, perinde se habet, vt qui ciuitatem hostium suorū subiugat, metrūque ille bonam mensuram spiritus assequi, ac beneficio virtutis diuinæ homo purus euadit, fitque se ipso præstantior. Nam talis postea deificatur, & fit dei filius, accepto in anima sua signo cœlesti. Siquidem eti dei inungūtur olco sanctificante, euaduntque summa dignitate pollentes ac reges. Eius enim est homo naturæ, vt etiamsi in profundum vitiorum lapsus sit, ac peccato deseruat, ad id quod bonum est, conuerti possit. Et contrā spiritui sancto deuinctus & rerum

cœlestium ebrietate correptus, ad id quod malum est,
 cōuerti potest. Veluti si mulier quædam pannosis in-
 duta, esuriens ac squalida, multo cum labore peruenie-
 rit ad regiam dignitatem, ut purpura & corona exor-
 netur, ac fiat regis spōsa, meminerit ipsa pristinarum
 sordium, ac velit ad priorem statū regredi (atqui ne-
 quaquam optauerit pristino pudore saffundi: hoc e-
 p̄im stolidum esset) ita qui gustauerunt gratiam diui-
 nam, & facti sunt participes spiritus, nisi sibi caueant
 dilabūtur: & fiunt deteriores, quām erant cūm essent
 mundo dediti: non quòd deus mutationi aut imbe-
 cillitati sit obnoxius, aut quod extinguitur spiritus
 sanctus: sed propterea quòd homines nō assentiuntur
 gratiæ, & ob id auertuntur, & in infinita vitia dila-
 buntur. Nam qui donum illum gustauerūt, vtrunque
 secum habent, nempe gaudium & consolationem, itē
 timorē ac tremorem, exultationem & luctum. Quia
 lugent seipsoſ & integrum Adam (quia hominū vna
 est natura) suntque illis lachrymæ vice panis, & lu-
 ctus pro suauitate ac delectatione. Quòd si fortè vi-
 deris quempia extollētem se & superbientē, propter-
 ea quòd gratiam dei est consecutus: is etiam si miracu-
 la faciat, & mortuos excitet, non tamen abiecti sit &
 nihil se faciētis animi, nec pauper spiritu ac abomini-
 nadus, is nescius surripitur à vitio: & licet signa fa-
 ciat, non tamen ei credēdum est. Hoc enim Christia-
 næ religionis signū est, vt qui deo probatus est, homi-
 nes celare cupiat: & si vel vniuersos regis thesauros
 possideat, illos occultare velit, ac vbique fateri, in-
 quiens, Thesaurus meus non est; sed alius illum apud

Simele

Mode-
stia.

me depositus. Ego enim mendicus sum , & cùm volet ille, repetet à me. Si verò quis dicat, Diues sum: sufficit, bona possideo: non amplius egeo: ille non est Christianus , sed vas erroris & diaboli. Nam qui fruitur deo, satietatem nescit: quantoque magis eum gustauerit ac ederit, tanto plus esurit. Et qui sunt eiusmodi, irretento erga déum ardore ducuntur & amore: quantoque maiorem proficiendi ac crescendi diligentiam adhibent, eo magis se existimant egenos, tanquā egentes ac nihil possidentes Hoc enim dicunt, népe, Non sum dignus, ut sol iste mihi illucescat. Hoc revera signum est Christianismi, ipsa videlicet humilitas. At si quis dicat, Cōtentus sum & plenus: errat ille & mentitur. Quemadmodū enim glorificatū est corpus domini, quando cōscendit in montē, & in diuinā gloriā & lumen infinitū transfiguratum: sic & corpora sanctorum glorificabuntur, & ad instar fulgoris micabunt.

Sainte. Quemadmodū enim gloria Christi intus latēs corpus eius circunexit, & illuxit: eodem modo & in sanctis virtus Christi interiūs habitans, in die illa extra corpora illorum supereffundetur. Nam ex hoc tempore substatiæ eius ac naturæ sunt animo tenus participes.

Heb. " Scriptum est enim, Qui sanctificat, & qui sanctificatur, ex uno sunt. Et, Gloriam quam dedisti mihi, dedi illis. Quemadmodum ab eodem igne plures accenduntur lucernæ: sic necesse est corpora sanctorū, quæ sunt membra Christi, id ē euadere quod ipse Christus est. *INTERROGATIO.* Quomodo Christiani præstatores euadunt ipso primo Adā, cū ille immortalis esset, & tum anima tum corpore incorruptibili-

lis, Christiani verò moriantur & corruptantur? R E S P O N S I O. Vera mors intus consistit in corde, & *Mors vera.* occulta est, ubi mortuus est homo interior. Si quis ergo transierit à morte in vitam occultam, ille re vera viuit in secula, nec moritur. Nam licet corpora huius modi hominū soluantur ad tempus, denuò tamē extantur in gloria: quia sunt sanctificata. Somnum ergo ac dormitionem esse dicimus, Christianorum mortē. Quod si homo immortalis esset, & corpore tenus incorruptibilis, vniuersus orbis conspecta rei nouitate, nempe quod Christianorum corpora non corruptū tur, necessitatē quadam, ac non libera voluntate promoueretur ad id quod bonum est. Atqui, ut prorsus appareat & rata sit arbitrij libertas, quam ab initio *Arbitrij libertas.* deus largitus est homini, summa cū dispensatione res illius administrantur, fitque corporum solutio: ut in volūtate sit hominis, ut conuertatur ad id quod bonum est aut malum. Neque enim perfectus homo, bono: aut profundè malus & seipsum vas efficiens dia- boli, per quem totus orbis dānatus est, peccato necel- sitate quadam adhæret: sed liberū habet arbitrium, ut vas efficiatur electionis & vitæ. Similiter econtra qui diuinitate sunt inebriati, licet pleni sint, & adhæreāt spiritui sancto, nō tamē vlla necessitate detinetur: sed libera potiuntur libertate, ut cōuertantur & faciant quod libuerit in hoc seculo. IN TER ROGA T I O. An vitiū paulatim extenuatur & extirpatur, atq; ita promouetur homo ad gratiam: an statim ubi promoueri cōperit, vitiū euelletur? R E S P O N S I O. Quē *Suntem.* admodū in vtero imperfectus infans nō quāprimūm

concrescit in hominem, sed paulatim formatur & gi-
gnitur: neque mox perfectus homo euadit, sed longo
annorum successu augetur & vir efficitur: estque ve-
luti semina tritici aut hordei, quæ terræ mandata nō
statim radicem producūt, sed vbi transierint hyemes
& venti, tum opportuno tēpore spicæ nascuntur: iti-
dem qui pirum plantat, non mox fructum percipit:
eodem etiam modo in rebus spiritualibus, vbi tanta
sapientia est & subtilitas, paulatim augetur homo,
euaditque in virum perfectum & plenitudinem æta-
tis: non, ut quidam aiunt, induere & exuere. Qui di-
scere literas optat, pergit primū ad ediscēda signa,
in quibus cùm fuerit primus, migrat ad scholam La-
tinorum, in quo est omniū postremus: denuò cùm ibi
primus euaserit, proficiscitur ad scholam forensem:
in qua rursum est omnium nouissimus & princi-
piarius: deinde scholasticus effectus omnium cau-
dorum nouitus & extremus est: cæterū cùm ibi
fuerit primus, tum dux euadit: qui vbi magistratum
fuerit assecutus, adiutorem sibi sumit asseſſorem. Si er-
go in rebus externis tot habet homo promotionis gra-
dus, quanto magis cælestia mysteria multis gradibus
atque promotionibus acquiruntur: & tum qui per
multas exercitationes & varia rerum pericula pro-
gressus fuerit, perfectus euadit? Nam Christiani qui
re vera gustauerunt gratiam, habentes signum crucis
in corde & animo, hī à regibus ad pauperrimos quo-
que, ut stercore & graueolentiam existimant omnia.
Et qui sunt eiusmodi, percipere possunt, vniuersum
mundū terrenū, regiōsque thesauros, opes, gloriam,

ac sapiētiæ eloquia, superficie tenuis apparere, nec firmum fundamētum habere, sed præterfluere. Et quicquid sub cælo est, ab eis facile contemnitur. Cur nā? Propterea quod peregrina sunt & admiranda quæ supra cælos sunt, neque reperiuntur in thesauris regum, aut in sapientia verborum, aut præstantia huius mundi. Dignitates autem ac diuitiæ, quas illi possident, dominum & creatorem omnium habentes in intimo homine, sunt possessio quædam permanētæ ac minimè fluida. Nouerunt enim Christiani animā omnibus antecellere creaturis, quia solus homo ad imaginem & similitudinē dei factus est. En cælum, quantum excedit magnitudine, itidē & teīra? Quām pretiosæ sunt, quæ in illis continentur, creaturæ? Quām magna corpora ipsorum? Homo nihilominus est his omnibus preciosior: eo quod in illo solo complacuit sibi dominus. Ipsa quoque cete maris, montes, & bellæ, ut apparet, magnitudine vincut hominem. Perpende igitur dignitatē tuam, quām sis preciosus. Nā angelis te deus effecit præstantiorem: cūm ille ipse legationē ac redemptionem tuam subiit in terra. Quādōnam angeli ad te saluandum occurserūt? Nam rex regis filius consilium iniit cum patre suo, ac missum est verbum, quod occultata sui ipsius diuinitate carnem induit: ut per simile saluaretur, quod erat simile. Posuit animam suam in cruce. Tanta erat diuina dilectio erga hominē. Elegit propter te, is qui immortalis erat, affigi cruci. Attentius ergo considera, quan topere deus dilexerit mundum, cūm vnigenitum filium suum eius causa donauit: quomodo non omnia

Ro. 8. f.

Mat. » cum illo nobis donabit? Et rursum alibi dicit, Amē di
24.d. » co vobis, super omnia bona sua constituet eum. Alibi
 quoque ostēdit, angelos sanctorum esse ministros. Si
 quidēm cūm Elias esset in monte, & insurgentibus cō
Hæc de tra eum alienigenis, puer eius diceret, Multi veniunt
Eliseo » aduersum nos: & soli sumus: respondit Elias, Non vi
 haben- » des ordines & multitudines angelorum nobiscum, in
tur. » circuitu nobis opitulantium? Obserua dominum &
4.Reg.6 multitudines angelorum adesse seruis suis. Quanta
d. igitur est anima? quantum à deo est honorata? Et
 enim hanc tum deus, tum angeli in consortium suum
 & regnum accersunt: Satanas autem cum potestati-
 bus suis ad partes illam suas pertrahere cupit: Quem-
Sinuile admodum in rebus ante oculos positis, rex non vtitur
 ministerio hominum greges pascentiū, sed pulchro-
 rum ac bene educatorum: sic & in cælesti palatio il-
 li ministrant regi cælesti, qui sunt puro corde, sine ma-
Sinuile cula & reprehensione. Et sicut in palatio regis formo-
 se ac speciosæ puellæ, quæ nulla macula respersæ sunt,
 in regiam societatem admituntur: sic & in spirituali
 palatio, animæ quæ omnibus bonorū generibus sunt
 exornatae, cōmunionem habent cum rege cælesti. Ita-
Sinuile que in rebus secularibus, si qua in domo princeps ha-
 bitare cœperit, quæ fôrdes aliquas contraxerit, prepa-
 ratur illa, variisque modis exornatur, ac effunduntur
 aromata: quanto ampliori domus animæ, in qua do-
 minus requiescit, ornamēto indiget, vt illam ingre-
 di, atq; ibi habitare possit, qui fôrdibus omnibus ac
 reprehensione caret? In eiusmodi enim corde deus ac
 vniuersa cælestis ecclesia requiescit. Porro inter ea

quæ videmus si pater quidam possessiones habeat ac
 diademata, ac lapides preciosos, hæc recondit in ar-
 maria, & deponit apud filium suum dilectum, & hæc
 donat illi: ita etiam deus possessionem sui, cum rebus
 omnibus preciosis, quas habebat, creditum animæ. In
 rebus itaque externis, exorto bello, si rex cum exerci-
 tu venerit ad dimicandum, sintque partes eius infe-
 riores aut imbecilliores, statim legationē mittit, que-
 rens quæ sunt ad pacem. Siverò gens amplissima cum
 æquali gente contendat, aut rex cum rege, veluti rex
 Persarū cum rege Romanorū, oportet omnino utrum
 que regem cum omnibus suis copiis ad bellū moue-
 ri. Quamobrem attende quanta sit dignitas tua, cùm
 deus cum omni exercitu suo, angelorum inquam &
 spirituum motus sit ad configendum cum aduersa-
 rio, ut redimeret à morte. Tua igitur gratia ve- Dignitas
 nit deus. Non aliter quām si rex cuidam mendico humani
 membris omnibus leprā laboranti occurrens, sine generis
 ullo pudore vulneribus eius medicamenta impone- ex bene-
 ret, & plagas sanaret, ac illum mensa regia exce- ficiis
 ptum purpuram indueret, regémque faceret: sic deus Christi
 se gessit erga genus humanum. Lauit illius vulne-
 ra, sanavit illud, & in thalamū cælestem introduxit.
 Sūma igitur est Christianorū dignitas, ac tāta ut cum
 ea nihil cōferri possit. Si verò traducatur & surripia-
 tur à vitio, assimilatur ciuitati muris carenti, quā in-
 grediuntur latrones, quacunque parte volunt, absque
 ullo impedimento, illāmque reddunt desertam, ac in-
 cendunt. Ita dum negligis, & ipse tibi non atten-
 dis, subintroeunt spiritus nequitiae, qui denigrant &
 desertam faciunt mentem tuam, dispergētes cogita-

tiones tuas in hoc seculum. Plerique enim circa res exte-
ternas elaborantes, qui & scientiam coluerunt, & re-
ctè viuendi curam habuerunt, hunc existimant esse
perfectum, non intendentes in penetralia cordis, nec
animaduertentes virtus illuc anima inuoluentia. quo-
niam mens interior vitio infecta, radices mittit in re-
liqua membra: & latro, hoc est contraria potestas do-
mum ingressa est. Igitur aduersaria potestas etiam in-
tellectualis est. Et nisi quis bellum ineat aduersus pec-
atum, vitium quod intus latebat, paulatim effusum,
præ nimia copia abducit hominem ad manifesta pec-
ata perpetranda. Vitium enim est veluti fontis scatu-
rigo quacunque parte scaturiens. Quia propter dare
debet operam, ut cohibeas riuos nequitiæ: ne ruens in
mala infinita, quasi attonitus euadas, perinde ac di-
ues quidam nobilis, sui tamen negligens, quem mini-
stri & apparitores magistratus protrahant, deferen-
tes illum sub his verbis, nempe, Delatus es ob crimen,
aliquid, & suppicio capitali subiaces: subinde me-
tu ex sola fama concepto, omnes animi cogitationes
perdit ille, ac velut obstupescit. Sic igitur sentias de-

Miseria spiritibus nequitiæ. Nam hic mundus conspicuus, à
buius summis ad infimos, tumultu, perturbatione ac pugna
mudi vn laborat, nemóque nouit causam illorum, nimirū tam
de nata. apertum malum, quod est stimulus mortis: qui subin-
truit propter inobedientiam Adæ. Peccatum enim trâl-
gressionis, quod accessit, cùm sit substantia & facul-
tas quædam Satanæ consistens in animo, vniuersa ma-
la seminavit: quia secreto in hominem interiorem &
mentem agit, ac pugnat cum cogitationibus. Ignorat
tamen

tamen homines, quod aliena vi quadam impulsu hæc agunt, existimantque hæc esse naturalia, & propria animi deliberatione hæc agere. Qui verò Christi pacem habent in animo, & ab eo sunt illuminati, norūt vnde procedant huiusmodi. Torquetur enim mundus affectionibus vitiosis, vel inscius: quæ quidem nihil aliud sunt quam ignis impurus accēdens cor, & ita per omnia membra percurrens: qui prouocat hominem ad petulantias & infinita mala. Qui igitur illecti delectationē capiunt, intus in corde fornicationem committunt: & ita sensim, dum fouetur malum, in stuprum manifestū dilabuntur. Idem puta de avaritia, vana gloria, superbia, inuidia, & ira. Veluti cum quis inuitatus fuerit ad prandium, & huic apponuntur varia ciborum genera, peccatum suggerit, ut de omnibus gustet: & sic anima delectatione capta graduatur. Mōtes enim grauissimi sunt affectiones illæ: in quarum medio currunt flumina draconum, venenosarum ferarū, ac reptilium. Et sicuti balæna hominem deuorat in ventrem: ita peccatum absorbet animas. Itaque affectiones illæ sunt flamme ignis ardētes, & tela nequissimi ignea. Inquit enim apostolus, Ut possitis vos omnia tela nequissimi ignea extinguere. Pascitur enim vitium, ac fundamentū iacit circa animam. Prudentes autem, cùm affectiones ingruunt, non obtemperant: sed appetitionibus pravis irascuntur, & earum hostes se constituunt. Siquidem Satanas vehementer optat requiescere, & cubile suū in anima collocate: & affligitur actorquetur, quando non obsequitur anima. Sunt verò nonnulli, qui diuina virtutē

te reguntur, & cum adolescentem cum muliere vi-
derint, licet quædam cogitent, non tamen polluitur
eorum animus, nec ullam interius culpam commit-
tit. sed in eo parum est fidendum. Sunt etiam alij,
in quibus libido prorsus desit, extincta est & are-
facta: sed iij summorum sunt gradus. Itaque sicuti
mercatores nudi in profundum maris & mortem a-
qua descendunt, ut illic margaritas reperiant, quæ
prosint ad coronam & purpuram regiam: ita qui
solitarjè viuunt, nudi egrediuntur hoc mundo, &
in profundum maris vitiorum, & abyssum tenebra-
rum descendunt: unde sumunt ac referunt precio-
sos lapides, qui valeant ad coronam Christi, ad ec-
clesiam cælestem, ad nouum seculum, ad ciuitatem
Somnile splendida & populum angelicum. Quemadmo-
dum ergo varia piscium genera cadunt in sagam,
& qui inutiles inueniuntur, denuò mox in mare
proiiciuntur: ita sagena gratiæ super omnes expan-
sa est, & requiescere percupit: verùm non obsequun-
tur homines: & ob id in profundum tenebrarum de-
Somnile nuò proiiciuntur. Sicut enim aurum ab arena copio-
sa dilutum inuenitur, sūntque grana instar milij exi-
guæ: ita ex multis pauci probantur. Etenim perspi-
cui sunt, qui operibus regno conuenientibus splen-
denter, ac verbum eius exornant. Itidē satis apparent,
qui sale cælesti conditi sunt, & de thesauris spiri-
tus loquuntur. Manifesta sunt vasa, in quibus sibi
placet deus, suāmque largitur gratiam. Sunt etiam
alij, qui multa cum patientia consequuntur gra-
tiā sanctificatricem, & sub variis modis, quem-

admodum domino visum fuerit. Qui ergo loquitur,
 nisi dirigatur à lumine & sapientia cælesti, non potest
 vniuersusque mentem instruere: quia varia sunt ho-
 minum studia, quædam bello dedita, alia vero quieti.
 Veluti cùm quispiam desertam ciuitatem instaurare *summe.*
 desiderat, in primis ea quæ labuntur & ruunt, pror-
 fus destruit: & ita fodere incipit, & in loco defossò fun-
 damenta ponere, ac tum ædificiū collocare: nec mox
 construitur domus: eadem ratione qui desiderat in lo-
 cis desertis & fœtidis hortum construere, primùm in-
 cipit purgare, claudere, ductus aquæ præparare: tum
 plantat & crementum capiunt quæ plantata sunt, vt
 hoc modo multo post tempore hortus fructus profe-
 rat: ita voluntates hominum post transgressionem
 incultæ sunt, desertæ ac spinosæ. Dixit enim deus ho-
 mini, Spinas & tribulos terra tibi producet. Multum
 igitur laboris ac diligentie est adhibendū, vt quis per-
 uestiget & collocet fundamentū, donec ignis ve-
 niat in corda hominum, qui spinas exurat:

& ita incipient homines sanctifica-
 ri, gloriam referentes patri,
 & filio, ac spiritui san-
 ctō, in secula.

Amen.

Gen. 3. c

MACARII
SPIRITALES HOMI-
NES OBNOXIOS ESSE TENTATIO-
nibus & afflictionibus: quarum origo est primum pec-
catum. HOMILIA XVI.



M N E S intellectu prædi-
tæ substantiæ, angelorum in-
quam, animarum ac démonum,
synceræ & simplicissimæ crea-
tæ sunt ab opifice. Quod autem
illarum nōnullæ conuersæ sunt
ad malum, à libero profectum
est arbitrio: quia voluntate pro-
pria diuerterunt à recta ratione. Itaque si dixer-
imus, tales ab opifice creatas esse, déum esse iudicem
iniquum asserimus, qui Satanam in ignem miserit.
Porrò sunt quidam hæretici, qui affirmant, mate-
riam initio carere, eamque esse radicem: & radicem
esse virtutem deo potestate patem. Quibus rectè pos-
sis obiicere, quenam igitur est facultas superior? Pro-
culdubio potestatem dei esse oportet. quamobré ea
quæ succumbit, tempore aut potestate par esse nō po-
test. Qui verò malum minimè subsistere perhibent,
nihil sciūt. Nam in deo nullum n. alium subsistit, cùm
pati non possit, quantum ad diuinitatem. In nobis au-
tem malum operatur, cùm omni potestate & sensu,
obscœna desideria suggerens: non tamen ita permix-
tum est, sicut aiunt quidam aquam vino permisceri:
sed quemadmodum in eadem regione seorsum situm

est frumentum, & separata sunt zizania: sicut & in domo seorsum est latro, & seorsum dominus domus. Reperire licet fontem aquam puram emittentem, in quo lutū subiacet: cùm verò quis lutū cōmouerit, totus fons perturbatur: ita & anima quando perturbatur, maculatur & permiscetur vitio: fitque Satanus vnum cum anima, & cōsentient ambo spiritus in stu-
prum aut cædem. Quapropter qui adhæret mertri i.co.6.d
ci, vnum corpus est. Alia autem hora seorsum anima subsistit, pœnitentiam agens eorum quę commisit, luget, precatur, deūmque reuocat in memoriam. Nā si perpetuò anima esset in vitiū demersa, quomodo posset hæc agere, cùm Satanus expers misericordiæ nolit vñquam homines ad pœnitentiam redire? Itidem & mulier quando viro coniungitur, est vnum cum illo: alio verò tempore separātur. quia s̄pēnumero vñus eorum decedit, altero superstite. Ita se res habet in so-
cietate spiritus sancti, euadunt in vnum spiritū. Qui ibidem.
enim adhæret domino, vñus spiritus est. Quod fit, cū homo absorbetur à gratia. Sed nōnulli sunt, qui cùm deum gustauerint, adhuc tamen torquētur ab aduersario, & ob id obstupescunt: vt qui nondum didicerunt, quòd post visitationem diuinam, vim suam exerunt cogitationes, ad mysteria Christianæ religionis implenda. Qui verò in eiusmodi consenserunt, minime mirantur. Ac velut agricolæ periti, præ multa consuetudine, cùm vbertas est annonæ, nō planè cura vacant, sed postea famem & sterilitatem expectant: nec ediuerso valde desperant, cū fame aut sterilitate pre-
muntur, eo quòd vicissitudinem probè norunt: sic est

in respirationi, cùm in varias tentationes inciderit anima, non est attronita, nec desperat: quia nouit, ex permissione se relictam esse, ut probaretur & eruditetur à malo: nec vicissim, quando diuitiis multis & quiete fruitur, solicitudine caret: sed mutationem expectat.

Simile anima

Similiter & sol cùm sit corpus & opificium, relucens in locis fætidis, lutosis & impuris, nihilo laeditur aut inficitur: quanto minus spiritus purus & sanctus, qui habitat cum anima, quæ adhuc à malo torquetur, inde vitij contrahit? Etenim lux in tenebris lucet, & te nebrae eam non comprehendenderūt. Cùm igitur homo ditescit gratia, & nihilominus tentatur, habet adhuc aliquid oleris ad pascendum vitium: verum protectorem habet sibi opitulantem. Quare cùm quis tribulationibus aut affectionum tempestatibus premitur, minimè desperare debet. Nam inde peccatum subintrat & ingrauescit. Vbi vero quis in deo spem habuerit perpetuam, leuius redditur quodammodo & excruciatur vitium. Peccatum igitur in causa est, quod quidam paralysi laborant, mutilati sunt, febricitant, & ægrotant. Illud enim est radix omnium malorum, & inde procedunt affectiones cōcupiscentiarum animæ & prauarum cogitationum. Quemadmodum si fons fluat locis humidis circūdatus, calore vigente tam fons ipse quam proxima loca desiccatur: ita seruis dei accidit, in quibus abundans gratia non tantum desideria quæ à diabolo suggestur, exiccat, sed etiam ruralia: cū nunc viri dei præstatores sint primo Adā. Deus incomprehensus est & incircūscriptus, ubique apparens, in montibus, in mari, & subter abyssum,

Simile

Gratia

non migrandi ratione, sicut angeli descendentes è cœlo in terram. Est enim in cœlo, est etiam hīc. Verū dices mihi, Quomodo potest deus apud gehennam, aut in tenebris, aut in Satana, aut in aliis locis graueolentibus? Respondeo, illum passionis esse expertem, & omnia continere, cùm circumscribi non posset: Satanus autem cùm sit ipsius creatura, ligatur. Ipsum autem bonum nec inficitur sordibus, nec obtenebratur. Quòd si negaueris, illum continere omnia, tum gehennam, tum Satanam, ipsum facis circumscriptum, quo ad eum videlicet locum, in quo est ille nequam: ut inde occasio detur inquirendi alium eo superiorem. Necesse enim est, deum ipsum ubique superiorem esse: sed propter mysterium diuinitatis & simplicitatem eius, tenebræ quæ ab eo capiuntur, non comprehendunt illum: nec quod malum est, potest esse particeps puritatis quæ est apud deum. Igitur in deo nihil mali subsistit: quia nullo pacto lædi potest. Nobis verò vitium adiacet, eo quod habitet in corde, ubi vim suam exercet, suggenerens improbas & obscenæ cogitationes: non sinnens puras preces effundere, sed captiuam ducens mentem per hoc seculum. Induit igitur animas, atque etiam attigit ipsa membra ossa. Quapropter sicut Satanus est in aëre, ubi quoq; deus præsto est, nullatenus affectus. sic peccatum est in anima, itidem & gratia diuina, nullo modo læsa. Itaque quemadmodū seruus perpetuò iuxta dominū suum est cum metu, & eius iniussu nihil agēs: ita nos debemus cogitationes nostras dedicare & aperire Christo domino cordium

Simile cogitatio

cognitori, & spem ac fiduciā in illum collocare, dicētes, Ipse est gloria mea, ipse pater meus, ipse diuitia meæ. Perpetuò igitur gestare debes in conscientia sollicitudinem ac metum. Siverò quis nō fuerit adeptus gratiam diuinam in se plantatam & concretam, non dū diūque laboret, vt quod ad horam ipsum deducebat, excitabat, & dirigebat ad ea quæ bona sunt, tanquam naturale sit, adhæreat animæ, vt saltem ille cum gerat, metum ac laborem, tanquam naturalem & immutabilem cordis contritionem perpetuò infi-

Simile oracula xam. Quemadmodum autem ap̄is secretò fauum conficit in aluoco: sic & gratia dilectionem suam secretò in cordibus exercet: & quod amarum est, mutat in dulce: quod autem asperum, in planum. Itaque sicut faber argentarius & sculptor quando discum insculpit, aliquatenus operit varia illa, quæ sculpit animalia; ubi verò perfecit, tum discum splendentem profert in lucem: ita dominus, qui verus est artifex, corda nostra insculpit ac mysticè renouat, donec è corpore decedant: & tum eminet dignitas animæ. Qui enim suppellectilem aliquam struere proponunt, & in ea animalcula intexere, in primis cerā effigiant, tū ad imaginem illam fundunt, vt opus secundū effigiem illam perficiatur: sic etiam peccatum, cùm sit spiritus, imaginem habet, & in varias formas conuertitur. Similiter & homo interior animalculū quoddam est, imagine & forma præditum, cùm sit similitudo exterioris hominis. Est ergo vas præclarū ac preciosum: quādoquidē ex omnibus creaturis in eo sibi dominus cōplacuit. Itaque bonę cogitationes animæ similes sunt

Simile pernata

Simile arcta

lapidibus preciosis ac margaritis: impuræ verò cogitationes plenæ sunt ossibus mortuorum & omni spurcità ac fætore. Quamobrem Christiani alterius sunt seculi, nimirum cælestis Adæ filii, germen nouū, filii spiritus sancti, præclarí fratres Christi, spiritualis Adæ patris sui similes, ac referentes splendorē, ciuitatis illius, generis, & virtutis. Nequaquam sunt huius mundi, sed alterius mundi sunt. Nam inquit ille, Non estis de hoc mundo; quéadmodū nec ego sum de hoc mundo. Cæterū sicut mercator post longam moram re-
S m m le
 diens, post auctam suam mercaturam, mittit ad suos, ut ædificant domos, hortos, & præparent indumenta necessaria: & cùm peruererit ad sua, prolati facultibus copiosiss, summa cum lætitia excipitur à domesticis suis & cognatis: sic & in rebus spiritualibus, cum quidam mercati fuerint opes cælestes, norunt hoc cōciues, hoc est spiritus sanctorum & angelorum, admiratique dicunt, fratres nostri, qui versantur in terra, ad immensas diuitias peruererūt. Tales ergo, secum habentes dominum, soluto corpore cum ingenti gaudio migrant ad cælestes incolas, & excipiuntur à domesticis domini, illic præparantibus eis domos, hortos, ac splēdida & valde preciosa vestimenta. Igitur in omnibus oper est sobrietate, ne bona quæ videmur habere, vertantur in perniciem nostram. Siquidem qui natura sunt māsuerti, nisi sibi caueant, paulatim à sua probitate subtrahūtur: & prædicti sapientia, propter illam surripiuntur. Quare necesse est, hominē omnibus partibus temperatum esse, nempe mansuetudinē cum severitate permixtam habere, sapientiam cum

opus acq. dñi

discretionem sermonem cum opere, ac omnino non in
 se, sed in domino fiduciam collocare. Virtus enim co-
 ditur variis formis, tanquam cibus quidam necessa-
 riis condito, aliquo^eve alio: & hoc non tantum mel-
 le, sed etiam pipere: & ita reperitur vtilis. Qui au-
 tem negant, peccatum esse in homine, sunt eorum si-
 miles qui inundatione aquarum multarum demersi,
 hoc tamen ipsum minimè fatentur: sed aiunt, Sonum
 aquarum audiuimus. Sic & illi profundis vitiorum
 fluctibus absorpti, negant in mente ac cogitationi-
 bus suis esse peccatum. Alii sunt igitur, qui sermone
 quidem pollut & eloquuntur, non tamen sale exle-
 sti conditi sunt: narrantque multa de regia mensa, ni-
 hil tamen inde gustantes aut adepti. Alius verò est,
 qui cōspectione regis fretus, apertis sibi thesauris, in-
 greditur ac pro hærede gerit, edens & bibens de ci-
 bis illis lautissimis. Cæterū quemadmodum mater
 vnicum habens filium speciosissimum, sapientem, bo-
 nis omnibus ornatū, in quo spem omnem collocae-
 rit: ubi contigit hunc ab illa sepeliri, hoc habet acces-
 sionis, ut in posterum assiduo labore prematur, ac si-
 ne consolatione lugeat: sic mens, quasi quantum ad
 deum mortua sit anima, lugere debet & lachrymas
 fundere, assidue laborare, contritum habere cor, cum
 metu & solicitudine viuere, ipsumque bonum perpe-
 tuò esurire ac sitire. Talem postmodum excipit spes
 & gratia diuina, nec vltra luget, sed gudio per-
 funditur, ut thesaurum nactus: quem ne quoquo pa-
 sto perdat, denuò intremiscit: quia subeunt latro.

Sainte

annua

nes. Quare sicut is qui cùm in latronum rapinas *Smile*
multas & pericula incidisset, multo cum labore e-
vasit, ac postea ingentes opes & varias faculta-
tes consecutus est, iam non amplius damnum me-
tuit propter abundantes diuitias: sic & spiritales
homines, qui tentationes multas & horrenda lo-
ca transierunt, deinde gratia & bonis cumulate
freti, non amplius fures extimescunt, eo quòd di-
uitiæ non paucæ suppetunt: non tamen metu ca-
rent, metu inquam non nouitiorum malos spiritus
formidantium: sed timent ac sunt solliciti, quàm
rectè administrabunt spiritualia dona sibi credita.
Porrò qui eiusmodi est, humiliūs de se sentit, quàm
omnes peccatores, talēmque præ se fert cogitatio-
nem insitam quasi naturalem. Qui quanto maio-
rem dei notitiam assequitur, tanto simpliciorem se
putat idiotam: & quanto plura didicerit, eo mi-
nus se scire existimat. Hæc autem quasi animæ sint
innata, peragit à qua regitur, gratia. Non aliter
quàm si iuuenis infantem portet, quem circunfe-
rat quocunque libuerit: sic intima penetrans gra-
tia rapit animum ac defert in cælos, ad mundum per-
fectum & ad oblectationem perpetuam. Verùm gra-
tiæ quidam sunt gradus ac dignitates. Nam alius est
præfectus militum, qui rege familiariter vtitur: alius
ducatum gerit. Ceterū veluti domus fumo repleta,
effundit illum in externum aëra: ita vitium abundans
in anima, redūdat exterius, ac fructus suos producit.
Et sicut ij qui cōsulatus officia vel thesaurum regium

*Smile**gratia**Smile**perrah**Smile**Jostus*

adepti sunt, perpetuā gerunt curam, ne quoquam pā-
cto regem offendant: sic & illi quibus aliquid opus
spiritale creditum est, semper sunt solliciti: & quiete
fuentes, perinde sunt ac si non fruerentur: quia in eo
sunt, vt regnum tenebrarum subintrans ciuitatem,
hoc est animam, ac barbaros occupantes eius pascua,
à se propulsent. Mittit enim rex Christus, qui vicem
ciuitatis illius vlciscantur, ac tyrānos in vincula con-
iicit, exercitūmque cælestem & aciem sanctorum spi-
rituū illic, tanquam in patria propria, stationem ha-
bere iubet: in reliquo sol in corde lucet, eiūisque radii
penetrant vniuersa membra, atque ibi summa pax
regnat. Certamen autem, ac hominis pugna, proba-
tio, & erga deum benevolentia tunc apparet, quando
subducente se gratia, viriliter agit homo, & ad deum
clamat. Verūm cùm audis, quosdam esse fluvios dra-
conum, ora leonum, & potestates sub cælo caligino-
sus, ignem ardētem & perstrepentem in mēbris (qua-
le nihil terra cōtinet) si ignoras: nisi suscepēris sancti
spiritus arrabonem, dum ē corpore decedis, hæc com-
prehendunt animam tuam, nec sinunt ad cælos ascē-
dere. Itidem cùm de dignitate animæ audieris, quām
præclara sit substantia intellectu prædita, non intelli-
gis, quòd deus non de angelis, sed de natura humana
dixit, Faciamus ad imaginem & similitudinem no-
stram: & quòd cælum & terra transeunt, tu verò vo-
catus es ad immortalitatem, vt sis filius, frater, & spō-
sa regis. Nam in rebus externis, omnia quæ ad soon-
sum pertinent, spōsæ quoque sunt. Dominus etiā om-
nia quæ sua sunt, tibi credidit. Ille enim ipse tua cau-

Gen. I. "

d.

sa legationem obiit, nimirum, ut te reuocaret: ipse vero nihil intelligis, nec perspicis nobilitatem tuam: meritumque luget casum tuum ille spiritu plenus, dices, Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis in sapientibus, & similis factus est illis. Gloria sit patri, & filio, & spiritui sancto, in secula. Amen.

DE CHRISTIANO-

RVM VNTIONE SPIRITALI,
& gloria. HOM. XVII.



CHRISTIANI perfecti, qui meruerunt ad gradum perfectionis peruenire, & regi proximi fieri, cruci Christi perpetuo consecrati sunt. Quemadmodum enim prophetarum temporibus, unctio quipiam erat planè preciosum, cum in reges & prophetas vngentur: ita nunc spiritales, qui caelesti unctione uncti sunt, per gratiam euadunt Christiani, ita ut ipsi sint reges & prophetæ caelestium mysteriorum. Sunt etiam iij filii & domini, vinciti & captiui dei, abiectionissimi, crucifixi, ac dedicati. Si enim unctionio olei, quod ab extrema planta & ligno visibili nascebatur, tantam vim habuit, ut qui vngabantur, dignitatem citra contradictionem conquerentur, ratumque erat, ut ipsi reges constitueretur: quo etiam David unctionus, persecutiones confessim &

*Simile**gratia*

afflictiones perpessus , est septennio post rex factus : quanto magis quicunque animo tenus & secundū ho-
minem interiorem vñcti sunt , sanctificante , letificante
cælesti ac spirituali oleo exultationis , signū recipiūt
regni illius incorruptibilis ac virtutis æternæ , vide-
licet arrabonem spiritus , ipsum sanctum ac paracle-
tum spiritum ? (Intellige verò paracletum , vt qui con-
soletur & gaudio afficiat eos qui premuntur affli-
ctionibus .) Eiusmodi de ligno vitæ Iesu Christi &
planta cælesti vñcti , merentur gradum perfectionis
attingere , regni inquam & adoptionis . Quippe qui
sint secretarii regis cælestis , fiduciā habentes erga om-
nipotētem , ingredientes palatum ipsius : vbi sunt an-
geli & spiritus sanctorum : licet adhuc sint in hoc
mundo . Quanvis enim nondum integrā hæreditati-
tem sint adepti sibi præparatam in hoc seculo , certissi-
mi tamen sunt ex arrabone quem modū suscepereunt

Certa fi- ac si iam coronati essent & regno potirentur . Neque
ducia re peregrinum illis videri solet , quod regnaturi sint cū
grare cū Christo , propter magnam copiam & fiduciam spiri-
Christo. tus . Quamobrē ? Propterea quod dū adhuc essent in

Simile
carne , suavitatē illam ac dulcedinem obtinebant , at-
que efficaciam facultatis illius . Veluti quando cōtin-
git aliquem fieri regem & coronari , qui regis amicus
erat , dans operam rei palatinæ secreta cognoscebat ,
purpurāmque videbat regiam : non obstupescit ille ,
neque terretur , quia diurna exercitatione didicit
palati mysteria . Nec enim fieri solet , vt quispiā è gre-
gariis ac simplicibus hominibus secreta illa ignoran-
tibus accedat ad regnum , sed iij tātūm qui periti sunt

Xpamus

& instructi. Sic & Christiani qui regnaturi sunt in illo seculo, non in stuporem vertuntur: quia iam prænouerūt gratiæ mysteria. Ob id enim quod homo trās gressus est mandatum, diabolus vniuersam animam operuit caliginoso velamine: verūm postea accessit gratia, & exiuit planè velamen illud: ita ut de cætero anima purificata & propriæ naturæ restituta, nimirum puræ & irreprehensibili creaturæ, pure, perpetuò, ac puris oculis gloriam veri luminis cōspiciat, verūmque solem iustitiae in ipso corde fulguris instar splendentē. Nam sicut in consummatione peri-
turi firmamenti, iusti victuri sunt in posterum in re-
gno, lumine & gloria, nihil aliud spectantes, quam
quomodo Christus in gloria perpetuò sedeat ad dex-
terā patris: sic isti iam abhinc in illud seculum rapti
& captiuati, quæcunque sunt ibi præclara & admira-
tione digna spectant. Nos enim qui sumus ad-
huc in terra, in cælis conuersamur secundum mentē
& interiorem hominem, vitam agentes & conuer-
santes in illo seculo. Sicut enim oculus exterior, quan-
do purus est, pure semper intuetur solem: sic &
mens exactè purificata semper videt gloriam lumi-
nis Christi, & est noctu diuīque cum domino: per-
petuò ac corpus domini diuinitati coniunctum, per-
petuò simul est cum spiritu sancto. Verūm hosce
gradus hominibus quamprimum assequi non da-
tur, nisi multo cum labore, afflictione, ac contentio-
ne. Nam in quibusdam interdum gratia requiescit &
vim suam exercet, intus tamen adhuc est etiam vi-
tium: ac duæ conuersandi rationes, nempe lucis

ac tenebrarum, in uno corde vim suam exercent. At qui planè dices mihi, Quæ societas luci cum tenebris? Vbi nam lux diuina offundi tenebris aut perturbari potuit, & quod purum est & impollutum inquinat?

Io. 3.4. „ Scriptum est enim, Lux in tenebris lucet: & tenebrae eam non comprehendenterunt. Quamobrem non sunt hæc uno modo atque eadē ratione intelligenda. Qui-dam enim tanta nituntur gratia dei, ut etiam si virtutē non absit ab illis, tamen robustiores sunt, summāque erga deum deuotione ac oblectatione tenētur: alia tamen hora prauis torquentur cogitationibus, ac surripiuntur à peccato, alioqui nōdum gratia diuina de-stituti. Idiotæ verò ac simpliciores, vbi quid in illis operata fuerit gratia, peccato se vacuos esse existi-mat. At qui prudentia ac discretione pollent, assere-re non audent, nos, qui gratia diuina prædicti sumus, turpibus ac obscenis cogitationibus non affici: cùm sæpenumero reperire licuerit quosdā è fratribus tan-ta perfusos esse gratia & lætitia, vt affirmare aude-rent, quinque aut sex annorum spatio concupiscentiā exaruisse, putarentque in posterum ab ea se liberatos: quæ nihilominus vehementius incitata torsit illos & accedit, ita vt admirantes dicerent, Vnde nāam tanto pōst tempore prodiit nobis tam acerbūvitium? Quapropter nemo sanæ mētis dicere audeat, Prosterni libe-ratus sum à peccato: quia mecum adest gratia. Atqui duæ personæ suam vim exercent in mente. Cæterū qui retum sunt imperiti, cùm modicum quippiam operata sit in illis gratia, se iam vicissē arbitrantur, & perfectos esse Christianos. Ego verò sic rem se ha-

bere puto. Quemadmodum cùm sol in cælo lucet per
 aëra purum, accendentibus circa eum nubibus, ac so-
 lem operientibus, crassior efficitur aér, sol tamen ip-
 se, qui interius latet, quantum ad lumen & substan-
 tiā suā, nullo modo läditur: hoc se modo habent
 qui nondū plenè sunt purificati, qui quidem cum gra-
 tiā dei possideant, in imis tamen peccato tenentur,
 habéntque motus naturales, licet firmæ sint cogita-
 tiones erga deum, vt pote à parte boni nondum plenè
 stantes. Sic ediuerso, qui secundum ima bono gratiæ
 muniti sunt, serui tamen sunt, & obnoxii cogitatio-
 nibus improbis ac parti vitiosæ. Quare permulta di-
 scretione opus est, vt experiétiæ beneficio cognoscat
 quispiā hæc ita se habere. Dico autem tibi, quod etiā
 apostoli, qui paracletum habebant, non erant planè
 securi. Nam cum gaudio & exultatione aderat timor
 & tremor, ab ipsa gratia procedens, non ex parte vi-
 tiosa: sed ipsa gratia protegebat illos, ne vel tantillum
 diuerterent. Quemadmodum si quis frustulum lapi-
 dis in murum proiecerit, nullo modo läsit murū aut
 commouit: aut veluti telum proiectum contra feren-
 tem clibanū, nullatenus offendit ferrum aut corpus:
 repulsat enim ac repercutit: ita si quid vitii insurge-
 ret in apostolos, non offendebat eos, cùm essent perfe-
 cta Chtisti virtute induti: & iij cùm essent perfecti,
 opera iustitiæ liberè poterāt peragere. Quoniam igi-
 tur aiunt quidam post gratiā acceptam, nullam ani-
 mæ superesse solitudinem, deus à perfectis requirit
 voluntatem animæ in obsequium spiritus, nempe vt 1. Thess.
 assentiantur. Dicit enim apostolus, Spiritū nolite ex- s.c.

tinguere. Nonnulli igitur illorū alios grauare nolunt, alij seipsoſ grauant, alij à ſecularibus accipientes, pauperibus diſtribuunt: quod utique præſtatiuſ eſt. Qui-dam enim gratia freti, hoc ſolum quod ſuum eſt, cu-rant: alij verò aliorum animas iuuare contendunt, & hi illis longè antecellūt. Alij gratia præditi pro nomi-ne dei corpora ſua cōtumeliis & tormentis exponunt: qui illis item ſunt ſuperiores. Nonnulli virtutis parti-cipes gloriari volunt, & ab hominibus honorari, di-centes ſe Christianos eſſe, & ſpiritum ſanctum habe-re. Alij verò ſeipſos occultare nituntur, ne quenquam hominū obuium reperiant: qui illos lögē ſuperant. Vi-dēſne, quomodo in ipſa pfectione, benevolentia erga deū, quæ à volūtate naturali procedit, prætantior re-

Sainte. De his peritur, & pluris eſtimanda? Quēadmodū ſi quis vili-qui uſur bus indutus, per viſum ſe locupleré perspexerit, ſur-tant ver gens autē è ſomno rurſum ſe pauperē & nudū videat: bū dei, ſic & qui ſermonē ſpiritale loquuntur, cōmodè loqui nec ta-vidētur: vetūm ſi non habeant verborū effectum cum mē ope-quodā g��u, facultate, ac certitudine fidei in mēte fir-ra cōſo-matū, in opinione quadā ſubſtunt. Aut velut mulier

Lud na fa-ciunt, holofericis & margaritis circuornata, proſtat in lupu-nari: lic eiuſmodi hominū cor quoddam lupanar eſt
aut iſtis immundorum ſpirituū, volunt quidem ſermoninati
de iuſtitia, ad quam opere cōplendam minimē ſe in-clinant. Verūtamen quemadmodum ſine aqua pifciſ-

Sainte. viuere nō potest, nec ambulare quis ſine pedibus, aut abſque oculis videre lumen, vel loqui cum lingua ca-reat, aut audire ſine auribus: ſic ſine domino Iefu atq; efficacia diuinæ virtutis, nō potest quiſpiā cognosce-re mysteria aut ſapientiam dei, aut eſſe diues & Chri-

Epiſt
ex-aſt

stianus. Nam qui ducuntur & reguntur secundū in-
 teriorē hominem à potentia diuina, iij sunt sapiētes,
 milites fortes & philosophi dei. Philosophi autē Græ
 corum dicendi facultatē ediscunt. Alii sunt imperi
 ti loquēdi, sed cùm sint viri deumi colentes, lātantur
 & gestiunt ob gratiam diuinā. Discernamus ergo qui
 sint præstantiores, In opere, inquit & virtute est re- 1. Cor. 4.
gnūm dei, nō in sermone. Facile est ergo, ut quis dicat d.
 panem hunc è frumēto confectū esse: verūm dicendū
 est qua ratione minutim præparetur & pinsatur.
 Quare paucis datum est disputare de affectionum va-
 cultate & perfectione. Nam euangelium concisè lo-
 quitur, Ne irascaris, Non cōcupisces, Si quis te percus- Luc. 6.
serit in maxillam, præbe & alterā: Si quis te vocet in
iudiciū, ut vestē tuam tibi auferat, dato ei etiam tuni-
cam. A postolus autē, qui subsecutus est, docet quomo-
do paulatim puritatis opus cum patientia & longa-
nimitate impleri debeat: primū lacte nutriens, velut
infantes: tum ad incremētum & perfectionem dedu-
cens. Nā euangeliū dixit, ex lana vestimētū fieri: apo-
stolus autē indicauit per minuta quomodo compona-
tur. Qui ergo nō gustantes usurpant verba spiritalia,
summe,
audire,
-
summe,
 sunt eius similes, qui calore vigente desertū agrū per-
 ambulat: & sitibūdus depingit fontē fluentē aquam,
 adumbrās seipsum bibentē, cū tamē p̄e siti, qua tene-
 tur, labra eius ac lingua exarescāt: aut cū quis de sua-
 uitate mellis disputat, qui non nouit vim dulcedinis
 eius, cūm non gustauerit: sic se habent, qui de per-
 fectione, exultatione, seu affectionum vacuitate ver-
 ba faciunt, cūm vim ac certitudinem non teneant:

certè non omnia sic habent, ut loquuntur. Cùm enim
 talis meruerit aliquando gradatim eò peruenire, ut
 opere quipiam cōplete, à seipso discernet, inquiens,
 Nimirum non ita reperi, quemadmodum existima-
 bam. Aliter enim loquebar, & aliter operatur spiri-
 tus. Nam Christianismus, esus est & potus, de cuius
 suauitate quanto plus quis ederit, tanto vehementius
 prouocatur animus velut irretentus & inexplebilis,
Simele.
verbo diuini sacramenta.
di Simele.
 ac sine satietate inquirens & manducans. Aut velu-
 ticùm quis sitit, eiq; proponitur potio dulcis, vbi gu-
 stare cōperit, grauius accensus, propius ad poculum
 accedit. Verùm sedari nō potest gustus spiritus, ut si-
 mile cuiquam comparari debeat. Hæc autē non sunt
 verba nuda, sed operatio spiritus sancti mysticè in-
 seruiens animo. At verò nonnulli putant eos iam san-
 ctos esse, qui à muliere abstinent, & ab omnibus que
 subiacent oculis. Sed hoc non ita est. nam adbuc vitū
 est in mente, quod viuit in corde & extollitur. Ille ve-
 rò sanctus est, qui purificatus est & sanctificatus se-
 cundum interiorem hominem. Vbi enim veritas re-
 cumbit, illic error prælum mouet, & nititur eam ve-
 lare ac perturbare. Itaque cùm Iudei sacerdotio poti-
 rentur, ex ea gente multi persecutionem patiebantur
 & affligeabantur. Siquidem Eleazarus & Machabæi
 perstiterūt in veritate. Nūc verò cùm à tempore crucis
 & veli scissi, recesserit ab eis spiritus, & inde reuelau-
 sit, & operetur apud nos veritas, propterea ex hac na-
 tione quidam persecutionem patiuntur, sicut & exil-
 la gente patiebantur & affligeabantur: ut martyres
 euadant veritatem colentes. Nam quomodo poterit

elucescere veritas, nisi habuerit aduersarios, & hos quidem mendaces, & aduersus veritatem currentes? Atqui sunt de numero fratum, qui perferunt tormenta & afflictiones. Qui quidem diligenter obseruare debent, ne labantur. Ex fratribus enim cum quidam precaretur cum alio, diuina virtute captus & raptus, vidi supernā ciuitatem Ierusalem & personas splendidas, lumenque immensum, atque audiuit vocem divinę. Hic est locus quietis iustorum: ac paulo post inflatus, existimans, quod viderat, ad seipsum pertinere, repertum est eum postea in adyta & profundissima peccatorū & infinita mala incidisse. Si ergo internus homo & sublimis lapsus est, quomodo dicere potest quiuis alius, Iam ego sanctus sum, quia ieiuno, ac hospitalitatem sector, & bona mea distribuo? Nequamquam enim ipsa perfectio est, à malis abstinere: sed si mentem tuam obscuratā ingressus, occideris serpentem in inferioribus & profundioribus animi tui cogitationibus latenter: qui in armariis (quae dicuntur) & apothecis animæ tuae nidum collocauit, ut te interimat. (Ipsum enim cor est abyssus) si inquam illum necaueris, ac omnē tuam spurcitiam expuleris. Omnes enim philosophi, lex, & apostoli, ac etiam adventus Saluatoris, circa puritatem laborant. Siquidē omnes homines, tam Iudæi quam Græci, puritatē amplectuntur, quam tamen assequi nequeūt. Quamobrem inuestigādum est, quomodo & quibus mediis puritas cordis comparari possit. Profectò non aliunde quam per eum qui pro nobis crucifixus est. Ipse enim est via, vita, veritas, ostium, margarita, & panis vi-

Symbole.

uus ac cælestis : nec absque illa veritate quisquam nosse potest veritatem, & saluari. Quemadmodum ergo homini exteriori, ac rebus omnibus sub aspectu cadetibus renunciasti, ac bona tua distribuisti : sic quantum ad sapientiam secularē, si forte rerum notitia polles, aut facultate dicēdi, hæc vniuersa procul abiicere debes, ac pro nihilo ducere: ut ita possis super stultitiam prædicationis ædificari: quæ quidem prædicatio est vera sapientia, carens fastu verborum, sed prædita virtute, per sanctam crucem operante. Gloria consubstantia li trinitati in secula. Amen.

*Sapientia
Tempy*

DE THESAVRO CHRI- STIANORVM, QVI EST CHRISTVS & spiritus sanctus variis modis exercens eos ad per- fectionem affsequendam. HOM. XVIII.



Symbole.

I QVIS in seculo valde locuples secretum thesaurum possideat, ex eo ac diuitiis quas habet, quæcumque libuerit, nanciscitur : & quascumque voluerit in mundo possessiones, thesauro fretus, facile comparat: eo quod eius beneficio possessiones omnes sibi gratas nullo negocio consequitur. Sic qui postulant a deo, inueniunt ac obtinent thesaurum spiritus cælestem, nempe ipsum dominum, in cordibus suis splendentem, omnem iustitiam virtutum, ac possessionem vniuersam probitatis præceptorum domini ex eo the-

xp 17 Janus

sauro qui in ipsis est, Christo perficiunt, ac per eū am-
 pliores opes cœlestes coaceruant. Nā beneficio thesau-
 ri cœlestis omnem iustitię virtutē opere complent, fre-
 ti copia diuinarū spiritualium, quæ sunt apud eos: im-
 plēntque perfacilē iustitiam omnē ac præcepta domi-
 ni, per inuisibiles diuitias gratiæ, quæ est in ipsis. Ita-
 que dicit etiā apostolus, Habentes thesautū istum in 2.Cor.
 vasis fictilibus: hoc est quem consequi meruerunt, qui 4.d:
 manent adhuc in carne, nimirū virtutem spiritus san-
 ctificatricem. Et iterum, Qui factus est nobis à deo sa- 1.Cor.1.
 pientia, iustitia, sanctificatio, & redēptio. Qui igitur d.
 reperit ac possidet apud se cœlestē hunc thesaurū spi-
 ritus, eius beneficio omnē præceptorum iustitiam, ac
 virtutū operationem purē & absque reprehensione,
 facilē ac sine vlla vi perficit. Obsecremus igitur nos
 quoque deum, postulemus ac deprecemur eum, vt no-
 bis thesaurum sui spiritus elargiri dignetur: vt hoc
 modo purē & sine reprehensione cōuersari possimus
 in omnibus illius præceptis: omnē mq; spiritus iusti-
 tiā purē ac pfecte cōplete, beneficio thesauri cœlestis,
 qui est Christus. Nā pauper & mēdicus fame laborás,
 nihil in mūdo cōparare potest, ipsum vrgēte pauper-
 tate. Qui verò thesauro potitur, vt prædictū est, om-
 nes perfacilē, quas vult, possessiones ac nullo cū labo-
 re consequitur. Ita etiā anima nuda ac societate spi-
 ritus destituta, & sub durā peccati mendicitatē reda-
 cta, nullū potest, etiā si velit, producere verū fructū spi-
 ritus iustitię, antequā spiritus particeps effecta sit. Ve-
 rū tamē cōpellere se quisq; debet, ad postuladū à domi-
 no, vt accipere mereatur & cōsequi thesaurū spiritus

cælestem: possitque facile & sine ullo labore, purè & absque reprehensione omnia præcepta domini imple re: quæ non poterat antea, etiam adhibita vi, perficere. Pauper enim & communicatione spiritus carens, quî posset tales possessiones spiritales obtinere absq; thesauro ac spiritualibus opibus? Cæterum anima quæ dominum verum thesaurum est adepta, per inuestigationē spiritus, fidem, ac multam patiētiam, fructus spiritus, ut dictum est, facile profert: omnēmq; iustitiam ac præcepta domini, quæ spiritus mandauit, in se, & per se perficit purè, integrè & sine reprehensione. Aut alio rursum utamur exéplo. Quemadmodum

Simile si diues quispiam splendidam cœnam præparet, ex cultatibus suis & thesauro quem habet, sumptus facit, nec pertimescit, ne quid sibi desit, cū opes nō modicas possideat: sicque lautè ac splendide cōuiuas reficit, quos inuitauit, variis ac recentioribus cibis ap. positis. At pauper diuitiis egens, si statuerit quibusdā cœnam præparare, mutuatur omnia, supellecstile ipsam, vestes, ac reliquas species: & tum postquam cœnauerunt qui erant vocati, vt fieri solet in conuiuio pauperis, supellecstile argenteam, vestes ac reliqua ornamenta cuique restituit, vnde mutuò acceperat: quibus omnibus vnicuique redditis, pauper ille nudus remanet, nullas habens sibi proprias facultates, vnde recreari possit. Eodem etiam modo qui spiritu sancto locupletes sunt, ac cælestes opes re vera consequi, habentes in se communionem spiritus, si quibusdam loquantur verbum veritatis, si quibusdam spiritalem sermonem communicent, & animas recreate

*Spiritu
dei de-
bent esse
prædicti
qui ver-
ba dei e-
nunciāt.*

proposuerint: ex propriis opibus ac peculiari thesau-
ro, quem apud se possident, loquuntur ac reficiūt ani-
mas audientium, spiritalem sermonem, nec metuunt,
ne quid sibi desit: quia possident apud se thesaurū bo-
nitatis cælestem: è quo proferunt, & recreant eos qui
spiritualiter manducant. Egenus autem, qui Christi di-
uiniis caret, non habens in anima spiritales opes pro-
ducentes omnem bonitatē sermonum, operum, cogi-
tationum diuinarum, ac mysteriorum ineffabilium:
licet velit is verbum veritatis eloqui, ac quosdam au-
dientes recreate, non tamen habens in se verbum dei
secundum vim ac veritatem, sed tantūm recolens, re-
censens, ac docens sermones quos ab unaquaque scri-
ptura mutuò acceperit, aut à viris spiritualibus audie-
rit: envidetur quidem ille alios recreare, & profectò
fruuntur alii sermonibus: vbi verò recitare desierit,
vnumquodque verbum ad propria redit, unde sum-
ptum fuerat. tum ille denuò nudus & pauper perma-
net, nullum habens proprium spiritus thesaurum, ex
quo proferat, iuuet, ac reficiat alios: ac primus ipse
non recreatur, nec spiritu exultat. Quapropter conue-
nit in primis à deo postulare cum cordis contentione
ac fide, vt det nobis facultatē assequēdi diuitias eius,
nempe verum Christi thesaurum in cordibus nostris,
cum virtute & efficacia spiritus. tumque fiet, vt prius
in nobisipsis emolumentum, salutem, ac vitam æter-
nam, nēpe dominum ipsum adepti, postmodū alios,
quoad fieri & ad eos peruenire potest, adiuuemus: ex
interiori thesauro Christi proferentes probitatē om-
nem spiritualium sermonū, ac cælestia mysteria enar-

rant̄. Ita enim placuit bonitati voluntatis patris, vt
habitaret apud omnem credentem & requirentē ip-
sum. Qui enim diligit me, inquit, diligitur à patre
meo: & ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum.
Et iterum, Veniemus ego & pater meus, & mansio-
nem apud eum faciemus. Ita voluit infinita clemen-
tia patris, ita visum est incōprehens̄ charitati Chri-
sti, ita promisit ineffabilis bonitas spiritus sancti. Glo-
ria sit inenarrabili misericordiæ sanctæ trinitatis. Nā
qui meruerunt esse filii dei, ac desursum è spiritu san-
cto nasci, Christum in se splendentem habētes, ac mo-
derantem eos, variis ac diuersis modis à spiritu regun-
tur, ac in cordis abscondito cum spiritali moderatio-
ne aguntur à gratia. Personas itaq; producamus è cō-
spicuis in mundo moribus, & exēplis aliqua ex parte
attingamus agitationes animæ à gratia. Quandoque
enim sic se habent qui gratia ducuntur, vt qui in cœ-
na regia lætantur & exultant exultatione & lætitia
inenarrabili. Alia verò hora se habent veluti sponsa,
quæ in coniugio delectatur cū sponso suo, diuina vo-
luptate. Interdum fiunt, velut angeli incorporei, tan-
tæ sunt leuitatis & simplicitatis cum corpore. Quan-
doque sicut in ebrietate potus delectantur, & spiritu
sunt ebrii, ebrietate diuinorum ac spiritalium myste-
riorum. Interdum sunt velut in luctu & lamentatio-
ne, gratia generis humāni, precantes pro toto genere.
Adę, lugēntque ac lamētantur dilectione spiritali ar-
dētes erga genus humanum. Quandoque ad tantam
exultationem ac dilectionem accenduntur à spiritu
vt si fieri posset, omnes homines in sua viscera mit-

terent, nullo discrimine habito bonorum vel malorum. Quandoque præ spiritus humilitate sic infia hominem omnem demittuntur, ut omnium postremos & minimos se existiment. Aliquando in gaudio ineffabili conseruantur à spiritu. Interdum se gerunt, sicuti robustus quispiam, qui sumptis armis regiis, descendens in prælium aduersus hostes fortiter dimicat, & vincit illos: ad hunc enim modum spiritualis homo sumit arma cælestia spiritus, & irruens in hostes præliatur, ac subiicit illos pedibus suis. Interdum in summo silentio, serenitate ac pace quiescit anima: ut sola spiritali voluptate, indicibili oblectatione atque incolumente perfruatur. Interdum intellectu quodam & sapientia arcana, ac notitia spiritus inscrutabili à gratia instruitur ad ea quæ lingua vel ore proferri nequeunt. Aliquando se habet, ut quiuis hominum: ita variè gratia versatur in illis, ac multis modis tractat animam, moderans eam iuxta voluntatem diuinam, variisque modis exercet, ut illam puram, perfectam ac irreprehensibilem constituat apud patrem cælestem. Hæ autem prædictæ spiritus motiones pertinent ad summum gradum eorum qui proximè perfectionē attingunt. Illæ enim variæ, de quibus meminimus, moderationes gratiæ, variis quidem modis exprimuntur, assidue tamè agut in homines, actione actioni succedente. Cū enim anima ad perfectionē spiritu euaserit, penitus expurgata ab omnibus affectionibus, & spiritui paracleto arcana societate vnta, permixtaque spiritui meruerit fieri spiritus, tū fit tota lux, tota oculus, tota spiritus, tota gau-

dium, tota oblectatio, tota exultatio, tota dilectio, tota viscera, tota bonitas sit & clementia. Sicut enim lapis in profundo maris vnde circundatur aqua: sic iij omni modo cum spiritu sancto permixti, Christi similes fiunt, obtinentes in se sineulla mutatione virtutes potentiae spiritus, intus & extrâ puri, immaculati & irreprehensibiles. Cùm enim sint per spiritum consummati, quî possunt extrâ fructum vitiosum producere? Sed per omnia perpetuò fructus spiritus in ipsis enitescunt. Deprecemur igitur etiam nos deum cù fide, spe, ac dilectione summa, vt largiatur nobis cælestem gratiam doni spiritus: vt nos ipse spiritus gubernet & dirigat, ad omnem voluntatem diuinâ, ac moderetur nos varia moderatione sua: vt moderationis eius beneficio, exercitationis gratiae, ac promotionis spiritualis, mereamur ad perfectionem plenitudinis christi.

Eph. 3. „ sti peruenire, sicut ait apostolus, Vt impleamini in od. „ mne plenitudinem Christi. Et rursum, Donec occurra-

Eph. 4. „ mus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis c. „ plenitudinis Christi. Pollicitus est dominus omnibus credentibus in se, & in veritate postulantibus, donaturum se mysteria communionis arcanæ spiritus. Quâ obrem nos domino penitus dedicâtes, ad predicta bona consequenda festinemus, anima & corpore conse-

crati, & cruci Christi affixi, æterno regno digni siamus, gloriam referentes patri, & filio, ac spiritui sancto, in secula. Amen.

CHRISTIANVS PROFI-
CERE VOLENS, AD OMNE ID
quod bonum est, se vi compellere debet.

HOMILIA XIX.

VI CVPIT ad dominum accedere, ac aeterna vita dignus haberi , fierique domicilium Christi , ac spiritu sancto reple- ri : quo pure & sine reprehensione fructus spiritales producere , & Christi mandata im- plere valeat , hic in primis hoc sumere debet initium , vt firmiter domino credat , & se totum tradat mandatis eius , per omnia mundo renuncians :ne vlo modo mens eius occupetur circa quippiam eorum quæ subiacet oculis. Ipsum quoque semper in oratione perseverare oportet, in fide & ex- pectatione domini, præstolatè assiduè visitationem & auxilium eius , scopum mentis suæ semper eò di- rigétem. Tum propter peccatū sibi adhærens seipsum compellere debet ad omne opus bonū, & ad vniuer- sa domini mandata : verbi gratia humiliare seipsum contēdat coram omnibus hominibus , ac se inferiorē & deteriorem existimare:non quærrens à quoquā ho- minum honorem, laudem, aut gloriam, sicut in euangeliō scriptum est: sed dominum tantū & mandata eius semper ante oculos habeat, ei soli placere deside- rans in mansuetudine cordis:vt dominus inquit, Di- Mat. II.
» scite à me, quia mitis sum & humilis corde : & inue- d.

„ nietis requiem animabus vestris. Itidem assuefactio-
 ne det operā, vt sit misericors, clemens, bene affectus,
 Lu.6. „ bonus, quoad fieri poterit, vt dixit domin⁹, Estote bo-
 e. „ ni & clementes, sicut pater vester cælestis misericors
 Io.14. „ est. Et rursum, Si diligitis me, mādata mea seruate. Et
 b. iterum, Contendite intrare per angustam portā. Su-
 Luc.13. „ per omnia humilitatem domini, eiusque viuendi ra-
 c. „ tionem, clementiam & cōuersationem tanquam ex-
 emplar in memoria minimè obliuiosa habeat. Perse-
 ueret in orationibus semper orans ac perdurans in fi-
 de: vt dominus veniens habitet in eo, perficiat & cor-
 roboret eum in omnibus mandatis eius: atq; etiam ip-
 se dominus fiat habitaculum mentis eius: & ita, quæ
 nunc cum vi & inuitō corde facit, libēter aliquando
 peragat: semper seipsum assuefaciens ad id quod bonum
 est, dominum semper habens in memoria, & ex-
 pectans illum cum summa dilectione. Tum dominus
 animaduertens talem voluntatē, ac probum eius
 studium, nimirum quomodo contrēdar, dominum in
 memoria habere, & semper ad id quod bonum est,
 ad humilitatem, mansuetudinem, & dilectionem, a-
 nimū etiam inuitū compellat, quanta cum violen-
 tia facere potest, exercet in eū misericordiam, ac re-
 dimit illum ab inimicis & ab inhabitante peccato, te-
 plens eum spiritu sancto: & ita postea sine vi ac nullo
 negocio verè facit omnia mandata domini: imò verò
 dominus in eo sua mandata implet, & fructus spirita-
 les purè producit. Primum itaque decet quempiam
 accendentem ad dominum, sic ad id quod bonū est, co-
 gere seipsum, etiamsi repugnet animus, sperantē sem-
 per in fide indeficiēte, misericordiā eius: sequē ipsum

compellere ad dilectionem, si dilectionē non habeat:
 compellere seipsum ad mansuetudinem, si mansuetu
 dine careat: cōpellere seipsum ad miserandum, & mi
 serandum, & misericordem animum possidendū: cō
 pellere seipsum ad contēptum preferendum, & in eo
 cum animi magnitudine perdurandum: ita ut despe
 ctus & inhonoratus nō indignetur, iuxta id quod di
 cītum est, Nō vos metipos vlciscentes chatissimi: com
 pellere seipsum ad preces, si spiritu orādi careat. Sic
 itaq; deus, conspecto eo, qui tantopere decertat, ac vi,
 repugnante animo, seipsum adigit, verā spiritu pre
 candi rationē concedit, dilectionē veram largitur, ve
 ram clementiam, viscera misericordię, benignitatem
 veram: atque ut semel dicam, replet eum fructu spiri
 tus. Quòd si quis, cùm affectu precandi careat, ad so
 lum orādi desideriū consequendū cōtēdat, neglectis
 māsuetudine, humilitate, charitate, ac reliquis domi
 ni prēceptis: nullāmq; curā, laborē, aut diligentiā ad
 hibeat, vt in illis bene vescetur: quandoque pro illius
 proposito ac libera volūtate cōceditur illi p̄cādi gra
 tia cum requie ac lātitia spiritus: idq; seorsum iuxta
 petitionē illius: morib⁹ tamen iisdē est, quibus prius
 erat, carēs māsuetudine, propterea quòd in eo nō ela
 borauit, nec seipsum prēparauit, vt talis euaderet: ca
 rēs humilitate, quia nō postulauit, nec ad id seipsum
 cōpulit: carēs dilectione erga omnes, eoquòd de ea ni
 hil sollicitus fuit in postulatione orationis suæ: & in
 ipso opere perficiendo fidem nō habet, nec fiduciam
 erga deum, quia seipsum non nouit, nec se carere di
 dicit, neq; cum afflictione contendit impetrare à do
 mino, vt fidem firmam ac veram fiduciam in illum

Ro.12.d

conqueretur. Necesse est enim ut unusquisq; quem-
admodum seipsum compellit & adigit ad orandum,
etiam si mēs repugnet, ita seipsum cogat ad fiduciam
habendam, ita ad humilitatem, ita & ad charitatem,
ita ad mansuetudinem, sinceritatem, & simplicita-
tem, ita ad omnem patientiam & lōganimitatē p̄-
paratus sit cum gaudio: ita conniti debet, ut seipsum
nihili faciat, mendicū & extremum existimet: ut non
loquatur quæ sunt inutilia, sed quæ dei sunt, semper
meditetur & enunciet ore & corde: non moueatur
Eph. 4. „ira, neque clamitet, sicut dictum est, Omnis amatitu-
g. „ do, ira, & clamor tollatur à vobis cum omni malitia.
Ut omnibus domini moribus imbuatur, omni virtu-
tis exercitatione, bonaque & p̄aclara viuendi ratio-
ne, omni conuersatione probitatis, omni mansuetu-
dinis humilitate: ut non extollatur, nec altum sapiat,
aut infletur, vel cuiquam detrahatur. Ad hæc vniuersa
contendere debet, qui probari cupit, & placere Chri-
sto: ut hoc pacto dominus attendens promptitudinē
animi atque alacritatem eius qui sic seipsum compel-
lit & vi adigit ad omnem probitatem, simplicitatem,
mansuetudinem, humilitatem, charitatem, ac preca-
tionem, se totum dominus illi donet, hæc vniuersa
implens in eo verè, purè, sine vi & labore: quæ ne vi
quidē adhibita poterat antea obseruare, propter in-
habitans in ipso peccatum. Et hæc omnia virtutum
officia fiunt illi veluti naturalia. Nam in posterū do-
minus adueniens, & versans cum eo, & ille cum do-
mino, nullo negocio sua mādata perficit in eo, replēs
illum fructu spirituali. Si verò ad precationem dunta-

xat quis seipsum cogat, donec hanc à deo gratiā ade-
 ptus fuerit, ad cætera verò quæ prædicta sunt, nō con-
 tendat, nec seipsum compellat aut assuefaciat, hæc ve-
 rè purè, ac sine reprehensione nequit adimplere. Sed
 conuenit ita seipsū præparare pro viribus ad id quod
 bonum est. Nam interdū deprecanti ac petenti datur
 diuina gratia. Quia bonus & clemens est deus, peten-
 tibúsque se, largitur postulata. At qui prædictis caret
 nec tamē ad ea se assuefacit, aut præparat, si fortè gra-
 tiām acceperit, perdit eam, & labitur p̄t superbia:
 aut nihil promouet vel augetur in gratia sibi cōcessa:
 quia deliberata voluntate se non tradiderit mandatis
 domini. Siquidem domicilium & requies spiritus san-
 ctī est humilitas, charitas, & mansuetudo, & reliqua
 domini mandata. Quicunq; igitur optat verè deo pla-
 cere, & ab eo consequi cælestem spiritus gratiam, &
 crescere ac perfici in spiritu sancto, debet ad omnia
 præcepta dei seipsum compellere, & vel in uitum ani-
 mum subiugare: quēadmodum dictum est, Propter-
 „ ea ad omnia mandata tua dirigebar. Omnē viam ini- psal. 118.
 „ quam odio habui. Quemadmodū enim quispiam se b.
 compellit & cogit ad perseuerandum in impetrando
 precandi desiderio, donec id obtinuerit: eodē modo,
 si volet ad omnia virtutum officia seipsum adiget &
 vrgebit, assuetudinem bonam induens: & ita ubi po-
 stulauerit assidue dominum deprecatus, & postulata
 consecutus deū gustare cœperit, ac spiritus sancti par-
 ticeps fuerit, ille ipse spiritus largietur, ut crescat, im-
 pleat, & foueat gratiam sibi donatam, requiescentem
 in humilitate, charitate & mansuetudine eius, doce-

*Humilis
non labi
tur.*

bítque cum veram precandi rationem, verá dilectio-
nē, ac veram mansuetudinem: ad quā prius vi fereba-
tur, quārebat cum solicitude & meditabatur, quā
deniq; donata sunt ei: & ita auctus & consummatus
in deo, hāres esse regni meretur. Nunquā enim humi-
lis labitur. Nam vnde labi posset, qui sub omnibus est?
Itaq; eleuatio sui, summa est humilitas: humilitas au-
tem, magna est exaltatio, existimatio, & dignitas.
Quamobrē vim nobis inferamus, & cōpellamus ipsi
nos ad humilitatē, vel inuito animo, ad mansuetudi-
nem, & charitatem, deprecantes atq; obsecrantes deū
in fide, spe, & charitate, assiduè tali expectatione ac
scopo freti: vt mittat spiritū suū in corda nostra, quō
precemur & adoremus deum in spiritu & veritate.
Ipse enim spiritus docebit nos verā precandi rationē,
quā nunc etiā vī nō possimus implere. Docebit quoq;
viscera misericordiæ, nēpe benignitatē, ac quomodo
vniuersa domini præcepta re vera exequi possimus,
sine vi ac molestia: sicuti nouit spiritus ille nos replēs
fructu suo. Hōcq; modo mādatis dei à nobis impletis
beneficio sui spiritus, qui solus nouit voluntatē domi-
ni, & nos cōsummat in se, ac cōsummatus in nobis pa-
rificatis ab omni inquinamēto et luto peccati, animas
nostras puras & immaculatas, tāquā p̄eclaras sp̄osas,
exhibebit Christo: ac requiescet cū deo in regno ip-
sius, & deus requiescet in nobis p̄ infinita secula. Glo-
ria sit miserationibus, misericordiæ & charitati eius,
q̄ tanto honore et gloria dignatus, sit genus hominū,
cōsque dignos fecerit, quos vocaret patris cælestis fi-
lios ac proprios fratres. Ipsi glotia in secula. Amen.

SOLVS CHRISTVS SA-

NAVIT ANIMAM, QVAM ORNA-
mento gratiæ suæ vestiuit,

HOMILIA XX.



I QVIS nudus est carens
diuino ac cælesti indumento,
quod est potētia spiritus, quēad
modum dictum est, Si quis au-
tem spiritum Christi non habet,
hic non est eius: defleat & de-
precetur dominū, vt de cœlo spi-
ritale consequatur indumentū,
quo induat animam virtute diuina denudatam. Nam
qui vestimento spiritus caret, multis pudendis & in-
famibus affectionibus obruitur. Quemadmodum e-
nīm in rebus externis si quis nudus fuerit, summo pu-
dore atque dedecore afficitur, & amici nudos auer-
santur amicos, & germani suos: filij quoque viden-
tes nudatum patrem, facies suas auerterunt: ne nudi-
dum patris corpus aspicerēt: & retrogradientes ope-
ruerunt eum, & sic vultum auerterunt: ita deus
aversatur animas non ornatās indumento sancti spi-
ritus cum certitudine fidei: eos inquam, qui non in-
duerunt dominum Iesum Christum in virtute & ve-
ritate. Quandoquidē ille primus homo se nudū con-
spiciēs, et rubuit. Tantā habet nuditas annexā ignomi-
niā. Si ergo in reb⁹ corporeis tātū pudoris facit nudi-

Ro.8.b.

Smile

anum a

tas, quanto maiore pudore ac ignominia affectionum circundata est anima, diuina virtute nudata, non gestans nec induita arcanum, incorruptibile ac spiritale indumentum, nempe dominum Iesum Christum in veritate? Itaque quicunque vacuus est gloria illa divina, illū ita sui pudere debet, atque ignominiam suam agnoscere: sicut Adam corpore nudus cùm esset, et si è foliis ficus vestimentum sibi aptauit, pudore tamen ducebatur, animaduertens mēdicitatem suam ac nuditatem. Quapropter eiusmodi anima postulet à Christo, qui largitur & induit eam gloria in lumine ineffabili: neq; decepta opinione propriæ iustitiae, aut existimans se habere vestimentum ipsius salutatis, consuat sibi vestem vanarum cogitationum. Qui enim in sua tantum iustitia atque redemptione persistit, temere & frustra laborat. Nam omnis opinio iustitiae ipsius, in extrema die sicut pannus menstruatæ apparebit,

Esa. 64⁴ » vt ait Esaias propheta, Facta est vniuersa iustitia nostra tanquam pannus menstruatæ. Deprecemur ergo deum & postulemus, vt induamur ipsius salutaris amictum, nimirum dominum nostrum Iesum Christum, lumen arcana: quem gestantes animæ non expolabuntur in seculum, sed in resurrectione corpora quoque ipsarum illustrabuntur à gloria luminis: quo etiā nunc ornatæ sunt fideles & nobiles animæ, vt inquit

Ro. 8. » apostolus, Qui suscitauit Christum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora nostra, propter inhabitatem spiritum eius in nobis. Gloria sit inenarrabili benignitati & ineffabili misericordiæ ipsius. Rursum, vt mulier quæ fluxum sanguinis patiebatur, verè cre-

*Sicut
anima*

dens, posteaquam tetigit fimbriam vestimenti domini, statim sanitatem est adepta, & exiccatus est fluxus fontis impuri illius sanguinis: ita omnis anima percussa incurabili vulnere peccati, habensque fonte prauatum & immundarum cogitationum, si accesserit ad Christum, & verè credens deprecata fuerit, sanitatem salutarem consequitur ab incurabili affectionum fonte: ac deficiens exiccatur fons ille, qui cogitationes immundas producebat, per virtutē Iesu solius. Nec est in alterius cuiuspiam facultate, ut hoc vulnus sanare possit. Ita enim fortiter gessit hostis in trāsgresione Adæ, ut vulnerauerit & tenebris offuderit interiorem hominem, mētem videlicet hominis ducem, quæ deū spectabat. Vnde postea oculi eius à bonis cœlestibus auersi, intueri cœperunt vitia & affectiones. Tam grauiter ergo lœsus est, ut nullus præter solū dominum sanare possit. huic soli possibile est. Nam ipse veniens abstulit peccatum mundi, hoc est impurum fontem illum cogitationum animę exiccauit. Sicut enim illa fluxu sanguinis affecta, cùm omnia sua bona erogasset in medicos, à nullo tamen eorum curata est, donec accessit ad dominum, & credēs in veritate, tetigit fimbriam vestimenti cius, & ita mox sanatam se sensit, stetitque fluxus sanguinis: sic & animam incurabili vitiosarum affectionum vulnere ab initio sauciata, nullus iustorum patrum, prophetarū, aut patriarcharum curare potuit. Venit quidem Moses, sed planè non potuit sanitatem conferre: sacerdotes, munera, decimationes, sabbatismi, neomeniæ, ablutiones, sacrificia holocausta, & vniuersa reliqua iustitia

*solus
Christus
curatani
mā à pra
uis cogi
tationi
bus:*

S mule

celebrabatur in lege: nec tamē anima sanari aut mundari potuit ab impuro vitiosarum cogitationum fluore. Nec potuit vniuersa illius iustificatio ipsum curare, donec venit saluator verus medicus, qui gratis sanat. Qui quidem seipsum in precium generis humani tradens, solus ipse magnificam & salutarem redemptionem ac sanitatem animę operatus est. Hic liberavit eam à seruitute, & eduxit è tenebris, illustrans eā suo lumine. Hic a refecit in illa fontem immundarum

Ioan. „ cogitationū. Ecce enim, ait, agnus dei, qui tollit peccata mundi. Nō enim sua terrena medicamenta, hoc est suæ iustificationes solæ, potuerunt curare & sanare illam à tanta plaga inuisibili: sed per cælestem ac diuinam naturam, hoc est dono spiritus sancti, huius solius medicamenti beneficio potuit homo cōsequi sanitatem, & purificatum habens cor per spiritum sanctum ad vitam peruenire. Porro quemadmodum ibi mulier, et si vulnerata erat, nec sanari poterat, pedes tamen habebat, quibus veniret ad dominum, & veniam sanaretur: itidem & cæcus ille, quanquam incedere non poterat, & ad dominum venire, propterea quod visu careret, vocem tamen emisit nuntiis velociorē: dicebat enim, Fili David miserere mei: & ita credens sanitatem est adeptus, ad illum accedente domino, & visum illi restituente: ita etiam anima, licet

Debet vulnerata sit obscenarum affectionum vulneribus, *homo fa* & tenebris peccati obsecata, nihilominus prædicta est *cere* voluntate clamandi & inuocandi Iesum: ut ipse *quod in* niens æternam redēptionem conferat animę. Sicut *se est.* enim cæcus ille nisi clamasset, & mulier sanguinis flu-

simile

aux a

xii laborans, nisi dominū adiisset, nō fuisset sanata: sic
 nisi quis propria sponte ac voluntate *integra* venerit
 ad dominum, & deprecatus eum fuerit, cum plenitu-
 mine fidei, sanitatem non consequitur. Cur enim illi
 credentes quamprimum sanabantur, nos autem re-
 vera nondum visum recepimus, nec sanati sumus ab
 occultis affectionibus? Atqui maiorem habet curam
 dominus immortalis animæ, quām corporis. Quæ
 quidem anima vbi visum receperit, ex sententia eius
 qui dicit, *Reuela oculos meos : nunquam excæcabitur:*
 & sanata, nunquam vulnerabitur. Si enim domi-
 nus veniens super terrā, de corporibus corruptibili-
 bus solitus fuit, quanto magis solitus erit de ani-
 ma immortali, & ad imaginem eius condita? Verūm
 propter incredulitatem nostram & discordias no-
 stras, & quia non diligimus illum ex toto corde, ne-
 que verè credimus illi, nondum sanitatem spirita-
 lem ac salutem sumus adepti. Quamobrem creden-
 tes in eum accedamus in veritate, vt breui sanita-
 tem veram nobis conferat. Nam donare promisit po-
 stulantibus ab eo spiritum sanctum, ac pulsantibus
 aperturum, & inuentum iri à querentibus.

Nec mendax est, qui promisit. Ipsi glo-

ria & imperium in secula.

Amen.

L iiii

Psal. II. 8.
c.

HOMINI CHRISTIA-
NO DVPLEX INCVMBIT BELLVM,
externum & internum. HOM. XXI.



VICVNQE verè deo
placere desiderat , & apertum
hostem aduersariæ partis vitio-
rum se constituit , huic dupli-
ci conflictu ac certamine du-
plici dñmicandum est : tum in
apertis rebus adhancvitam per-
tinentibus , abstinentia scilicet

à distractionibus terrenis , & ab amore vincolorū se-
cularium & affectionum peccati : tum in secretis ,
certando contra spiritus nequitia , de quib[us] aposto-

Eph. 6... lus dicebat , Non est nobis colluctatio aduersus car-
b.

„ nem & sanguinem , sed aduersus principes & poter-
states , aduersus mundi rectores tenebrarum huius se-
culi , contra spiritualia nequitia in cælestibus . Nam ho-
mo post trāsgressionē mandati , duobus modis & vin-
culis se alligauit , exterminatus paradiſo . Deuinctus
est enim in hoc seculo rebus ad vitam pertinentibus ,
amore huius mundi , nempe voluptatum carnis , & af-
fectionum , diuitiarum , gloriæ , possessionum , vxoris ,
liberorum , cōsanguinitatis , patriæ , locorum , & indu-
mentorum , ac vt semel dicam , omnium quæ sub aspe-
ctum cadunt . A quibus verbum dei præcipit ipsum
exolui propriavoluntate (quia sponte quisque omnia
quæ sunt ante oculos , amplectitur) ut ab iis omnibus
se eximens atque liberans perfectè possit mādato sub-

iici. Intus verò anima intricata est & inclusa , muris circundata , & catenis tenebratum alligata per spiritus nequitiae, ita ut nequeat, sicut optat dominum diligere, nec sicut vult, credere, nec ut cupit, deprecari. Siquidem à transgresso mādato per primū hominem, prorsus in nos insurrexit contrarietas, tam in apertis rebus quam in abditis. Si quis ergo verbo dei audito, certauerit, ac proiecerit res ad hanc vitam pertinentes , & mundi laqueis , ac vniuersis carnis voluptatibus renunciauerit, iis se liberans: tum ut perseuerauerit operam dare domino, animaduertere poterit, esse quandā aliam colluc̄tationem in corde, aliam cōtrarietatem occultam, aliud bellum cogitationum & spirituum nequitiae, aliud denique certamen imminere: deinde in domino inuocādo perseuerās in fide indeficiente ac multa patientia, & ab eo consecutus auxilium, poterit inde nasci liberationem interiorē à vinculis, tricis, vallis, & tenebris spirituum nequitiae: quæ quidem sunt occultarū affectionū operationes. Hoc autem bellū per gratiam & virtutem dei dissolui potest. Nam à contrarietate & errore cogitationum, ab affectionibus inuisibilibus, à machinis nequissimi illius, per se quispiā liberari nequit. Quod si quis quantum ad hæc exteriora, detinetur huius mundi rebus, & variis vinculis terrenis implicatus est , & affectionibus vitiosis ducitur, minimè perspicit, aliam esse luctam, pugnam, & bellum intestinum. Nam ita fit , ut quis certando se eximat & liberet ab his externis vinculis secularibus, ac rebus materialibus, & voluptatibus carnis, incipiātque domino adhærere, spolians se

Bellū spī
ritale p
gratiam
sedatur,

hoc seculo: tunc vtique dignoscere poterit affectionū pugnam intus castra tenentem, interius bellū, & prauas cogitationes. Nisi enim, vt prædiximus, certando mundū abnegauerit, & seipsum exemerit ex toto corde à desideriis terrenis, totūque penitus adhærere domino voluerit, non cognoscit circuventionem spirituum nequitiæ latentium, & occultas vitorum affectiones: sed ab alienatus est à se: quia non animaduerit vulnera, nec se ignorantem affectionibus occultis teneri: præterea rebus externis deditus est, ac seculatis occupationibus volens detinetur. Cæterū qui mundum verè abnegauerit, ac decertando terrenum pōdus à se procul abegerit, & à vanis appetitionibus & voluptatibus carnis, gloriæ, principatus, & honorum humanorū seipsum exemerit, omnibus votis inde se abducens, propterea q̄ in hoc aperto certamine dominus secretò fert suppetias, pro modo voluntatis mundum abnegātis: ob id quoque ille persistēs in cultu domini, ac totus planè, corpore inquam & anima persecuerans, discernit repugnantiam & occultas affectiones, laqueos inuisibiles, latens bellū, certamen & conflictum intestinum. Et ita deprecatus deū, de cælo sumit arma spiritus, quæ quidem recenset beatus

Ephe. » apostolus, thoracem iustitiae & galeam salutis, scutum fidei, et gladiū spiritus, quibus armatus stare poterit aduersus occultas insidias diaboli, nequitiis inuolatas. Quæ quidē arma per omnem orationis, persecutrix, obsecrationis, & abstinentiæ speciem, imo per fidem omnia comparans, bellum aduersus principatus, potestates, ac mūdi rectores conficere poterit: &

sic deuictis per spiritum sanctum cooperātem, ac vir-
tutum illius studium potestatibus aduersariis, æterna
vita dignus euadet, glorificans patrem, & filium, &
spiritum sanctum, cui gloria & imperium in secula.
Amen.

DE DUPPLICI STA- TV DECEDENTIVM. HOMILIA XXII.

QV M anima deceperit è cor-
pore hominis, tunc magnum
quoddā peragitur mysterium.
Nam si fuerit illa peccati rea,
accedunt chori dæmonum &
angeli sinistri, ac potestates te-
nebrarum apprehendunt ani-
mam illam, & imperio suo sub-
iugatam, in suas partes pertrahūt. Nec debet hoc vi-
deri cuipia insolens. Si enim dum viueret homo, & in
hoc seculo ageret, subditus fuit, obtemperauit, & in-
seruuit illis, quāto magis cū egreditur ex hoc mundo,
detinetur ac possidetur ab ipsis? Quod autē res ita se
habeat, ex ea parte potes intelligere, quę felicioris est
conditionis. Siquidem ex præsenti tempore sanctis dei
seruis assistūt angeli, ac sancti spiritus circundant eos
& custodiūt. Cūque exierint è corpore, chori ange-
lorum assumunt animas in suam partem, in seculo pu-
ro: & sic adducunt eas ad dominum.

*Angeli fi
delibus
assistunt
etiam in
hoc secu
lo.*

HI SOLI DIADEMA

REGIVM GESTARE POSSVNT, QVI
sunt è semine regio. HOM. XXIII.



N S I G N I S illa preciosa
 ac regia margarita , quæ facit
 ad diadema regium , soli regi
 conuenit , solisque rex illam ge-
 stare potest , nec licet vlli ta-
 lem ferre margaritam. Ita nisi

quis natus fuerit è regio ac di-
 uino spiritu , & de genere cæ-

Ioā. I. 42. prum est, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis
 b. " potestatem filios dei fieri: cælestem & preciosam mar-
 garitam, imaginem luminis, luminis inquam ineffa-
 bilis, quæ est dominus, portare non potest: cùm non
 sit regis filius. Nam qui habet & gerunt margaritam,

I. Cor. 3. 23. vñà viuunt & regnāt, cum Christo in secula. Sic enim

Is. f. 17. ait apostolus, Sicut portauimus imaginē terreni, por-

temus & imaginem cælestis. *Quemadmodum enim*

Simile equus quandiu pascitur in sylvis cum agrestibus ani-

malibus, nō est subditus hominibus: si vero teneatur,

vt mansuefiat, circūponitur illi graue frænum, donec

rectè & c ompositè gradiatur: tum exerceretur à sessore

perito, vt etiam idoneus sit ad bellum: deinde ornant

illum armis, thorace inquam & cataphractis , ac fræ-

nō priore suspenso & agitato ante oculos ipsius, assue-

faciunt ne terreatur : & tandem ab insidente instru-

ctus, nisi etiam didicerit, præliari non potest: at ubi didicerit, & bello fuerit assuefactus, cùm senserit & audierit sonum bellicum, pròptè progreditur in hostes, ut sola voce terrorem incutiat hostibus: ad eundem modum anima, à tempore transgressionis, agrestis & indomita, in deserto huius mundi incedit cù feris nequitia spiritibus, inseruiens peccato. Vbi verò audierit verbū dei, & crediderit, refrænata per spiritū sanctum, deponit mores agrestes, & animum carnalem, à lessore Christo gubernata: tum accedit ad afflictionem, angustiam, ac edomandi iugum, ut probetur, & paulatim à spiritu mansuetatur, sensim deficiente in illa & exolescente peccato. Sic itaque anima thoracem induita iustitiae & galeam salutis ac scutum fidei, & gladio spiritus munita, docetur configere cù hostibus suis: armatāque spiritu domini certat contra spiritus nequitiae, & tela nequissimi ignea extinguit. Nam absque armis spiritus, nō progreditur in aciem: armis autem domini munita, cùm audierit & senserit vehementia bella, cum impetu & clamore proficitur, sicut in libro Iob dictum est, quod etiam ipsa voce orationis occumbunt inimici. Et bello cōfecto, partaque victoria beneficio spiritus, cum plena fiducia refert victoriar coronas, & ita cum cælesti rege quiescit. Cui gloria & imperium in secula. Amen.

CHRISTIANORVM

STATVS MERCATVRÆ ET FER-
mentationi similiſ eſt.

HOMILIA XXIIII.

*Similes
spiritus*



CHRISTIANI sunt mercatorum similes, qui quæſtum ingentem ē mercatura faciunt. Quemadmodū enim hi cumulant ē terra lucraterra na: sic illi cogitationes cordis sui per hoc ſeculum diuersas, virtutum omnium beneficio ac vi ſpiritus ſancti colligunt ex vniuersa terra, quæ maxima & vera eſt negociaſio. Hic enim mundus superiori mūdo aduersatur, & hoc ſeculum opponitur ſeculo ſuperiori. Quamobrē neceſſe eſt, Christianum ex ſententia ſcripturarum ſanctorum hoc mundo repudiato, in quo à tempore trāſgressionis Adæ iacet, & illecebris animus detinetur, inde mente transferri in ſeculum alterum, & intelle-ctu versari in ſuperiori & diuino mundo, ſicuti dictū phil.3... eſt, Noſtra autem conuertatio in cælis eſt. Hoc autem nequaquam aſequi poteſt, niſi crediderit anima extoto corde domino, hoc ſeculo abnegato: virtuſq; diuini ſpiritus cor per vniuersam terram diuerſum, ſub dilectionem domini coēgerit, & in mūdum æternum traduxerit intellectum eius. Nam ex quo transgressus eſt Adam, cogitationes animæ diuersæ ſunt procul à dilectione dei, crassis ac terrenis cogitationi-

bus per hoc seculum permixtæ. Sed quemadmodum Adam prætergressus mandatum, recepit in se fermentum affectionum vitiosarum : itidem & participatione quadam qui ex eo nati sunt, ac vniuersum genus Adæ fermenti illius particeps effectum est. Vnde tantum promouerunt & creuerunt in hominibus affectiones peccati, vt ad adulteria vsque, ad petulantias, idolorum culturas, cædes & alia absurdâ deuenerint, donec humanitas vitio esset fermentata. Quod quidem apud homines ita inualuit, vt ne deū quidem esse putarent, sed adoraret lapides anima çarentes, neque possent intellectu deum capere tā profundè fermentum illud nequitiaæ affectionum consperserat progeniem veteris Adæ. Ad eundem modū placuit domino in aduentu suo pati pro omnibus, & eos proprio sanguine redimere, ac fermentum cœleste bonitatis fidelibus animis infundere, quæ sub peccatum redactæ fuerant: & ita promotione ac cremento omnem mandatorum iustitiam ac virtutes vniuersas in eis complere, donec in bono fermentarentur in vnum, & cum domino euaderent in vnum spiritum, iuxta Pauli verbum : ita vt ne ad cogitationem quidem animæ spiritu diuino planè fermentatæ vitium aut nequitia peruenire posset : sicuti dictum est, Charitas non cogitat malum, & quæ sequuntur. Porro impossibile est absque fermento cœlesti, quod est virtus diuini spiritus, animam conspergi bonitate domini, & ad vitam peruenire. Sicuti nec genus Adæ conuerti poterat ad tantum vitium & nequitiam, nisi fermentum

I. Cor. 13
b.

Simile, nequitia, quod est peccatum & facultas quædam ani-
mi Satanæ intellectua, subintroisset in illud. Non ali-
ter ac si quis farinam pinsat, non immisso fermento,
quantumuis elaborare, mutare, ac tractare videatur,
expers est fermenti conspersio, & esui inutilis: ubi ve-
rò fermentum iniicitur, trahit ad se totam farinæ cō-
spersionem, totamque reddit fermentatam: sicuti do-

Mat. 13. minus regnum assimilauit, dicens, Simile est regnū cę-
e. lorum fermēto, quod acceptum mulier abscondit in

Luc. 13. farinæ sata tria, donec fermentaretur totum. Aut ve-
d.

luti si quis carnes diligēter cōseruare volens, nō con-
diat eas sale, quod vermes interimere solet, & graue
odorē abolere: proculdubio carnes illę grauiter olēt
& corrumpuntur, ac inutiles sunt hominibus: eodem

na fru modo si ponas omnem humanitatem carnes esse, aut
sum ana cōspersionē experiem fermenti, sal autem ac fermē-
tum, nempe naturam diuinam sancti spiritus intelli-
gas alterius esse seculi. Igitur nisi sal diuinitatis san-
ctum ac bonum, fermētūmque spiritus cælestē, quod

seculi illius & illius patriæ est, permixtum fuerit &
immissum in naturam hominum humiliatam, nō de-
ponet anima pristinū fœtorem malitiæ, nec exuet gra-
uitatem, fermenti vacuitatem ac nequitiam. Quæcum
que enim videtur anima per se agere, elaborare atque

sine spi- exequi solis viribus suis freta, existimans se posse opus
ritu san- perfectum edere à se ipsa, non cooperante spiritu, pro-
cto nemo cul aberrat. Neque enim est apta locis cælestibus, nec
poteſt a- pertinet ad regnum: quæ à se & per se solam, sine spiri-
gere. tu sancto existimat, perfectā puritatem efficere. Ni-
si enim homo, qui affectionibus torquetur, accesserit
ad deum.

ad deum, repudiato mundo: & in spe ac patientia cre-
dat se suscepturum quoddam bonum aliud à sua na-
tura, quo d'est virtus spiritus sancti: ac desursum domi-
nus impresserit animæ vitam diuinam: talis nequa-
quā percipiet veram vitā, neq; respiscet ab ebrietate
materiæ, nec splédescet in anima obtenebrata fulgor
spiritus, aut diem sanctam in ea illustrabit, nec à som-
no ignoratiōnis profundissimo illā expergeficiet: vt
hoc modo per virtutem dei & efficaciam gratiæ, verè
deū agnoscat. Itaq; nisi meruerit homo sic per fidē af-
sequi gratiam, inutilis est, nec aptus regno dei. Cōtra
verò, qui gratiam spiritus acceperit, nullatenus auer-
sus, aut per negligentiam, aut delictum, gratiam con-
tumelia afficiat, & ita temporum successu decertans
spiritum sanctum non contristet, vitam æternam con-
sequi poterit. Quemadmodum enim sentit quispiam *S mble*
operationes virtuosas, ex ipsis affectionibus, ira inquā,
cōcupiscētia, inuidia, torpore, prauis cogitationibus
& reliquis absurdis affectionibus: ita debet sentire *Graha*
gratiam & vim diuinam in virtutibus, nempe chari-
tate, benignitate, bonitate, gāudio, simplicitate, & ex-
ultatione diuina: vt similis esse possit & contemperi-
ri cū bona & diuina natura, cū benigno & sancto gra-
tię instinctu. Intentio verò quæ promotione & cre-
mēto in temporum spatio ac opportunitatibus probata
fuerit, si gratiæ semper fuerit coniuncta, & grata inuē-
ta, promouendo tota prorsus euādit spiritalis: ac de-
inceps per spiritum sancta & pura reddita, regno di-
gna efficitur. Gloria & adoratio immaculato patri &
filio, & spiritui sancto, in secula. Amen.

PER INOBEDIENTIAM

REDACTI SVMVS IN SERVITVTEM A
*qua per mysterium crucis liberamur: item de lachryma-
rum & ignis diuini efficacia.* H O M. XXV.



*Libertas
hominis*

Psalm. 126.4.

Lu. 10. c.

I quibus inest diuina lex , scrip-
ta non atramento aut literis,
sed in cordibus carneis planta-
ta , habentes oculos intellectus
illuminatos : perpetuóque desi-
derio capti spei non sensibilis
aut apparentis, sed inuisibilis &
intellectualis, per inuictam vir-
tutem, nequissimi scandala valent superare. Qui verò
non sunt ornati verbo dei, nec in lege diuina erudit,.
frustra inflati putant proprio libero arbitrio abdica-
re occasions peccati, quod quidem per solum myste-
rium in cruce celebratum, damnatum est. Illa enim
libertas quæ est in facultate hominis, sita est in eo, vt
diabolo resistere possit, non autem vt possit planè do-
minari affectionibus. Nam nisi dominus ædificauerit
domum, inquit, & custodierit civitatem: frustra vigi-
lat, qui custodit. & frustra laborat, qui ædificat. Impos-
sibile enim est , eum ambulare super aspidem & basi-
liscum , & conculcare leonem & draconem, qui prius
quatenus homini possibile est , non expurgatus fuerit
& roboratus ab eo qui dixit apostolis, Ecce, dedi vo-
bis potestatē calcādī super serpētes & scorpiones , &
super omnē virtutem inimici. Si enim posset humana
natura, absq; armatura sancti spiritus , stare aduersus

» insidias diaboli, minimè dictū fuisset ab apostolo, De- Ro. 16. c
 » us autē pacis cōteret Satanā sub pedibus vestris bre-
 » ui. Et rufsum, Quem dominus interficiet spiritu oris 2. Thess.
 » sui. Quapropter etiā iussi sumus deprecari dominum, 2. b.
 » Ne nos inducas in tētationem, sed libera nos à malo. Mat. 6. b

Nisi enim beneficio præstatiōris auxiliij, ab igneis telis
 nequissimi liberati, cōsecuti fuerimus adoptionem fi-
 liorum, nullius est momenti cōuersatio nostra: ut qui
 procul absimus à virtute diuina. Quicūque ergo desiderat fieri particeps gloriæ diuinæ, & in principe sui
 animi facultate, tanquā in speculo, Christi formā in-
 tueri, debet insatiabili amore atq; inexplebili deside-
 rī ex toto corde & virtute, nocte ac die implorare po-
 tentissimū dei præsidū: quod nemio consequi potest,
 vt antea dixi, nisi prius abstineat à deliciis huius mun-
 di, & desideriis quæ suggerūtur ab aduersaria potesta-
 te, quæ lucis est expers, effectrix nequitia, ad bene a-
 gendū minimè conueniens, ac prorsus aliena. Quam-
 obrē si discere cupis, qua causa, cùm essemus in hono-
 re creati, & in paradiſo constituti, tandem cōparati su-
 mus cū iumentis insipiētibus, & illorū similes facti, ab
 immaculata gloria lapsi: scito q̄ per inobediētiā serui
 affectionū carnis effecti, exclusimus nosipſos à beata
 regione viuentium: & in captiuitatē redacti, sedemus
 adhuc iuxta flumina Babylonis: & quia detinemur
 adhuc in Ægypto, nondum hæreditario iure posside-
 mus terram promissionis fluentem lac & mel. Non-
 dum compisti sumus in fermento synceritatis, sed
 versamur adhuc in fermento nequitia. Nōdū cor no-
 strū aspersum est sanguine diuino. Adhuc enim tene-

tur vinctū inferni laqueo & hamo malitiæ. Nondum accepimus exultationem salutaris Christi. Nam adhuc in nobis radicatus est aculeus mortis. Nōdum induimus nouum hominem, qui secundum deum creatus est in sanctitate, quia nondum exuimus veterem hominem, qui corruptitur secundum desideria erroris. Nōdum gestantes imaginem cœlestis, cōformes facti sumus gloriæ illius. Nondum adorauimus deū in spiritu & veritate: quia peccatum regnat in mortali corpore nostro. Nōdum contemplati sumus incorruptibilis diuinitatis gloriam, quia torquentur adhuc à tenebrosa nocte. Nondum induimus arma lucis, quia nondum exuimus arma, tela, & opera tenebrarum. Nondum per mentis renovationem transformati sumus: adhuc enim configuramur huic seculo per mentis vanitatem. Nōdum cum Christo glorificati sumus, quia non cōpatimur cum illo. Nondum illius stigmata portamus in corpore nostro, versantes in mysterio crucis Christi: adhuc enim viuimus in affectionibus & appetitionibus carnis. Nondum hæredes dei, & Christi cohæredes euasimus: quia spiritus seruitutis, & non adoptionis, viget adhuc in nobis. Nondū facti sumus templum dei, & habitaculum spiritus sancti: quia sumus adhuc téplum idolorū, & receptaculum spirituū nequitiae, propter animi impetu ad affectiones procluem. Re enim vera nōdū adepti sumus sinceritatem morum, & splédorem animi. Nondum digni sumus habiti rationali ac sine dolo lacte, & intellectus creméto. Necdum illuxit dies, aut lucifer orsus est in cordibus nostris. Nōdum potimus sole iusti-

tie, nec adhuc illius radiis fulgemus. Nondum simili-
tudinē domini accepim⁹, nec participes diuinæ natu-
ræ sumus facti. Nondum euasimus in veram purpurā
regiam, nec in germanam imaginem diuinam. Non-
dum vulnerati sumus amore diuino, nec spiritali cha-
ritate sponsi percussi. Nondum societatem indicibilē
cognouimus, nec virtutem & pacē sanctimonia præ-
ditam perspeximus. Et ut omnia cōcludam, nondum
sumus genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta,
populus peculiaris: quia sumus adhuc serpentes & ge-
nimina viperarū. Quomodo enim serpentes nō esse-
mus, qui reperimur adhuc in inobedientia, per serpē-
tem inuecta, & nō in obedientia dei? Propterea quo-
modo calamitatē pro dignitate lugeam, nō inuenio:
& quo pacto cum lachrymis inuocare debeam illum
qui potest habitātem in me errorem abigere, ignoro?
Quomodo verò cātabo canticum domini in terra a-
lienā? Quomodo deslebo Ierusalē? Quomodo serui-
tutem duram Pharaonis effugiam? Quomodo relin-
quam incolatum obſcēnum? Quomodo diram tyrā-
nidem repudiabo? Quomodo egrediar ab Ægypto?
Quo pacto transibo mare rubrū? Quomodo desertū
ingens peragrabo? Quomodo nō interibo, morsus à
serpētibus? Quomodo alienigenas superabo, Quomo-
do delebo gétes habitantes apud me? Quomodo exci-
piam in tabulis meis eloquia diuinæ legis? Quomodo
spectabo veram columnam lucis ac nubis manantīs à
spiritu sancto? Quomodo vescar manna deliciarum
æternarum? Quomodo bibam aquam è petra viuifi-
ca? Quomodo Iordane transmisso terrā promissionis

opimam ingrediar? Quomodo videbo principem exercitus domini, quē cōspiciens Iesus filius Nau prostratus confessim adorauit? Nisi enim versatus in his omnibus, habitantes in me gētes deleuero, ne quaquā ingressus quiescam in sanctuario dei , nec particeps siam gloriæ regis. Quamobrem elabora diligenter, vt filius dei reprehensione carens efficiaris: & in illam requiem ingrediare, quò pro nobis præcursor Christus introiit. Elabora, vt describaris in ecclesia cælesti, cū primogenitis : vt inueniaris in dextra magnificentia altissimi. Elabora, vt intres in sanctam ciuitatem pacis plenam, & supernam Ierusalem: vbi etiam est pars. Nam admirandis ac beatis speciminibus non aliter dignus existimabere, nisi noctu diuque lachrymas emittas, secundū opinionem illius qui dicit, La-

- psal. 6. b.* uabo per singulas noctes lectum meum, & lachrymis meis stratū meū rigabo. Nō enim ignoras, quòd hi qui *psalm. 125. a.* semināt in lachrymis, in exultatione metét. Propter ea fidētes inquit propheta, Lachrymas meas ne fileas. *psalm. 38. b.* Et iterū, Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, sic ut & in promissione tua. Et illud, Fuerūt mihi lachrymas meæ panis die ac nocte. Et in alio psalmo. Potum meūcū fletu miscebā. Nā lachryma quæ verè ex summa cōtritione & angustia cordis effunditur, per agnitionē veritatis, cū ardore viscerum , cibus est animæ qui paratur ex pane cælesti. Cuius ex testimonio saluatoris, maximè particeps fuit Maria, quæ sedit iuxta pectus domini plorás. Inquit enim, Maria optimā partē elegit, quę nō auferetur ab ea. O preciosas illas mæritatas in defluxione beatarū lachrymarū. O rectū illum

& obsequiosum auditū. O virilē ac sapientē animum.
 O acumē spiritus amoris domini, erga spōsum imma-
 culatū vehementer affecti. O stimulū desiderij animæ
 erga deū Verbū. O societatē arctā sponsę erga spōsum
 cælestē. Imitare hanc, ô fili, imitare inquā, nihil aliud
 spectans, pr̄ter eū solū qui dixit, Ignē veni mittere in
 terrā: & quid volo, si iā accēsus est? Est enim ardor spi-
 ritus viuificās & accēdēs corda. Et ob id ignis ille diui-
 nus & expers materiæ, illuminat animas, & eas pro-
 bare cōsueuit, tanquā genuinum aurū in camino: vi-
 tium autem consumere, veluti spinas & stipulam. Nā Deuter.
 deus noster ignis cōsumens est, dans vindictā in flam- 4.d.
 ma ignis, iis qui non nouerunt eum, nec obediūt euā- Heb. 12.
 gelio eius. Ille ipse ignis vim suā exercuit in apostolis, d.
 quando loquebantur linguis. Ignis ille per vocē lumi- 2·Thess
 ne Paulū circundans, mentem quidē illius illumina- 1.c.
 uit, sensum autē visus eius hebetauit. Neq; enim sine
 carne conspexit vim luminis illius. Ignis ille visus est
 Mōsi in rubo. Ignis ille in specie currus rapuit Eliā à
 terra. Huius ignis efficaciā quærēs beatus Dauid dice-
 bat, Proba me domine, & téta me. Vrē tenes meos &c
 cor meū. Ignis ille cor Cleophę ac socij ei⁹ inflāmabat
 cùm saluator colloqueretur cū illis post resurrectio-
 né. Vnde angeli quoque ac ministratorij spiritus, hui⁹
 ignis splēdore sunt prædicti, secūdū id quod dictū est,
 Qui facit angelos suos, spirit⁹: & ministros suos, ignē Psa. 103.
 vrentem. Ille idem ignis trabē interioris oculi consu- a.
 mens, purū reddit animū: vt recepta naturali faculta- Heb. 1.b
 te vidēdi, ppetuō cōspiciat mirabilia dei, ex eius sentē psalm.
 tia, qui ait, Reuela oculos meos & cōsiderabo mirabi- 118.c.

*unus
Iux*

„lia de lege tua. Ille itaque ignis fugat dæmones, tollit
 „peccata, resuscitandi vim habet, confert immortalita-
 tem, sanctas animas illuminat, ac firmat facultates ra-
 tionales. Hūc igitur ignē deprecemur, ut ad nos per-
 ueniat: quō semper in lumine ambulātes, nūquā vel
 tantisper offendamus ad lapidem pedem nostrū: sed
 tanquāluminaria in mundo apparentia, verbū æter-
 nā vitā retineamus: ut bonis diuinis fruentes cum do-
 mino in vita requiescamus, glorificantes patrē, & fi-
 lium, & spiritū sanctum, cui gloria in secula. Amen.

D E D I G N I T A T E F A-

C V L T A T E , E T O P E R A T I O N I E V S

*animæ: & qua ratione tentetur à diabolo, & ab eo
 liberetur.* HOM. XXVI.



*animæ
Dignitas*

E perfunctoriè, dilecte, perpendas intellectuam animæ substantiam. Vas quoddam pre-
 ciosum est anima immortalis. Specta, quantum sit cœlum,
 quantavē terra: non tamen in
 eis acquieuit deus, sed in te
 duntaxat. Intuete dignitatem
 ac nobilitatem tuam: nempe dominum non per ange-
 los, sed in sua ipsius persona venisse, pro te legatione
 subgentem, ut te vulneratum ac perditum reuocaret,
 primāque tibi formationem Adami puri redderet.
 Nam homo dominus erat omnium inferiorū quę sub

cœlo sunt, facultatem habens affectiones discernēdi,
 alienus à dæmonibus, purus à peccato & vitiis, eratq;
 similitudo dei, sed per trāsgressionem interiit, vulne-
 ratus ac morti traditus: Satanus enim mentē tenebris
 obduxit: aliquatenus ita se habet, aliquatenus viuit,
 discernit, ac voluntate præditus est. **I N T E R R O-**
G A T I O. Nónne spiritu sancto adueniente natura-
 lis etiā appetitio extirpatur vna cum peccato? **R E-**
S P O N S I O. Antea dixi, simul euelli peccatum, ho-
 minémque recipere primam formationē Adami pu-
 ri. Hic tamē per virtutem spiritus ac regenerationem
 spiritalem progreditur ad excellētiā Adami primi,
 eoque præstantior euadit, quòd deificatur homo ille.
I N T E R R O G A T I O. An Satanus ad certum mo-
 dum laxatur, an pro libidine impugnat? **R E S P O N-**
S I O. Impetus illius non solum fertur aduersus Chri-
 stianos, sed etiam in idololatras, ac vniuersum mun-
 dum. Ideoque si cōcederetur ei bellum inferre provo-
 lūtate, omnes equidem deleret. Cur? Nempe quòd in
 eo versatur eius opus ac desiderium. Itaque sicuti figu-
 lis vasa missurus in fornacem, temperatè illam accé-
 dit, non intensè: ne cocta plusquā decet, elidātur: nec
 remissè, ne cruda dissoluantur: itidem si argentarius
 atque aurifex ad certū modum ignem mittit: si enim
 excedat ignis, soluitur aurum & argētum, liquefit &
 perit: si denique mens humana nouit seruata propor-
 tione adaptare onera iumento, camelo, aut alij cuipiā
 animali, quatenus ea ferre potest; quanto magis deus,
 qui nouit hominum vasa, variis modis laxat aduersa-
 riā potestatē? Quemadmodū verò terra cùm sit vna,

*Simile**Deus**Simile*

hæc tamē est saxosa, illa verò pinguis: & alia quidem
 idonea est ad plantādas vites, alia ad serēdum frumen-
 tum & hordeum: ita veria sunt hominum corda at-
 que voluntates. Hunc etiam in modum charismata
 desursum conferuntur: huic quidem donatur admi-
 nistratio verbi, illi verò discretio, alijs gratiæ sanita-
 tum. Nouit enim deus, qua ratione quis possit dispen-
 sare: & ita diuersa confert charismata. Itidem ad bel-
 la certo modo, & quatenus homo suscipere potest ac
 sustinere. hactenus laxatur aduersaria potestas. IN-
 T E R R O G A T I O . manétne in sua natura, qui di-
 uinam virtutem suscepit, ac in parte mutatus est?
 R E S P O N S I O . Quò post acceptam gratiam pro-
 betur voluntas, quò tētāt, cuīve cōsentiat, natura re-
 manet eadem: durus in duritia, lēuis in lēuitate. Acci-
 dit porrò plebeium quēpiam sp̄iritualiter regenerari,
 ac mutari in virum sapientē, cui innotescant vel oc-
 culta mysteria: natura tamen imperitus est. Alius na-
 tura durus suā ipsius volūtatem confert ad cultum di-
 uinum, qui recipitur etiam à deo: natura verò suam
 seruat duritiem, cùm tamen sit deo gratus. Alius est
 bonis moribus, æquus, probus, qui seipsum deouet
 deo: hunc quoque dominus excipit: illum verò gra-
 tum non habet, qui bonis in operibus nō perseuerat.
 Quandoquidem Adæ tota natura mutabilis est tum
 in bonum, tum in malum, susceptiuā malis: quæ tamē
 si velit, non perficiat. Veluti membrana in qua scribi-
 tur, variè, vt libuerit, in ea scripseris, ac rursum dele-
 ueris: recipit enim membrana quamcunque scriptu-
 ram: sic etiam durus voluntatē suam cōtulit in deum,

voluntas

Simile

voluntas

conuersus est ad bonū, suscep̄tus est à deo. Deus enim
 vt suum intimum affectum demonstraret, omnes reci-
 pit, omnēmque voluntatem. Apostoli quamcunque
 ciuitatem ingressi erant, aliquantum temporis in ea
 morabantur: & ex malè habentibus quosdam sana-
 bant, quosdam verò non. Optabant tamen ipsi apo-
 stoli cunctos eorum mortuos ad vitam reuocare, &
 ægrotos ad sanitatem perducere: at non per omnia fie-
 bat quod volebant. Non enim concedebatur eis per-
 agere quæcunque libebant. Ad eundem modum Pau-
 lus cùm detineretur à præfecto gentium, si placuisset
 gratiæ qua prædictus erat, effecisset ut tam præfectus
 quām muri effracti essent: vt pote vir habens paracle-
 tum: veruntamen demissus est per sportam aposto-
 lus. Et ubi virtus diuina, qua fretus erat? Cum di-
 spensatione siebant isthæc, vt quibusdam in rebus si-
 gna & miracula ederent ipsi, in aliquibus facultate
 carerent: vt in hisce discerneretur fides credentium,
 & non credentium, liberūmque probaretur arbitri-
 um: ac liqueret, num qui scandalizarentur ob ipso-
 rum in quibusdam infirmitatem. Nam si quæcun-
 que desiderabant, egissent apostoli, vi quadam com-
 pulsiva promouissent homines ad cultum diuinum
 per miracula & arbitrij libertatem, non iam fides
 aut infidelitas. Christianismus enim lapis est of-
 fensionis & petra scandali. Illud porrò non leui-
 ter scriptum est de Iob, quo pacto Satanus exposce-
 bat illum Nihil enim à seipso perpetrare poterat sine
 „ permisso. Sed quid dicit domino diabolus? Da mihi Iob, 1. b.
 „ illum in manus, nisi in faciem tibi benedixerit. Hac

Cur apo-
 stoli
 quosdā
 sanabāt
 aliosnō.

itaque ratione nunc est idem Job, idem deus, idem dia-
 bolus. Eo igitur tempore quo fruebatur auxilio diui-
 no, atque alacris erat, & gratia feruens, exposcebat
 ibidē. cum Satanas, ac dicebat domino, Quia iuuas illum
 & succurris ei, seruit tibi: dimitte illum, & trade mi-
 hi, nisi in faciem tibi benedixerit. Superest, ut, quoniā
 consolatione recreatur anima, subtrahatur gratia, &
 tradatur anima temptationibus. Accedit ergo diabolus
 inferens infinita mala, desperationem, abrenūciatio-
 nem, cogitationes prauas: affligens animam, ut obscu-
 raret & abalienaret eam à spe quam habebat in deū.
 Sagax autem anima existens in his malis & afflictio-
 ne, minimè desperat: verūm quod tenet, tenet: perfe-
 rénsque omnia quæ per infinitas tentationes ei fuerint
 illata, ait, Etiam si moriar, ab eo non deficiam. Tum-
 que si sustineat homo usque in finem, incipit domin⁹
 disputare cum Satana. Vides, quanta mala quantasve
 afflictiones intulisti ei, nec tamen obtemperauit tibi,
 sed mihi seruit, ac me reueretur. Tum pudore suffundit
 ur diabolus, nec habet ultra quod dicat. Etenim in
 Job si nosset eum in temptationes incidentē perlaturū
 esse, nec superatum iri, nunquā expoposcisset eum, ne
 obrueretur verecūdia. Ita nunc etiam, quo ad eos qui
 sustinent afflictiones & temptationes, pudore suffundi-
 tur Satanás, ac pœnitudine ducitur, quod nihil perfe-
 cerit: quia statim dominus incipit ei dicere, Vide, cō-
 cessi tibi & permisi tentare illum, nunquid præualui-
 sti? Nunquid obsecutus est tibi? I N T E R R O-
 G A T I O. An utique cunctas hominis cogitationes
 & consilia nouit Satanás? R E S P O N S I O. Siver-

satur homo cum homine, & nouit quæ ad eum perte-
nent: tūque natus annos viginti, nosti quæ sunt proxi-
mi: nunquid igitur Satanas, qui tecum versatur à nati-
uitate, cogitationes tuas ignorat? Iam enim ætatem
habet annorum sexies mille. Nō quòd dicamus eum
scire quid homo facturus sit, antequam tentauerit il-
lum. Tentat enim tētator, nescit tamen, obtempera-
turūsne sit ei, an non: donec anima voluntatem ei ser-
uum tradat. Neque item dicimus, diabolū nosse vni-
uersas cordis cogitationes & conceptiones. Nā quē-
admodū arbor multos habet ramos & membra mul-
ta: ita cogitationum & consiliorum sunt quidam ra- Sime
mi, quos cōprehendit Satanas: aliæ sunt cogitationes cogitac
& consilia, quæ non comprehenduntur à Satana. Et-
enim quadam in re potētior est pars nequam, ad pro-
ducendas cogitationes: rursum in re quapiā hominis
cogitatio vincit, auxilium ac redēptionē accipiens
à deo, & contradicit vitio: quadam in re succumbit,
in quadam voluntatem habet. Interdum enim feruēs
accedit ad deum, sc̄itque Satanas, & intuetur eū con-
tra se nisi, neque potest hominem cohībere. Quāob-
rem? Quia voluntatem habet inuocandi deum, habet
fructus naturales, nempe vt deum dīligat, vt credat,
vt inquirat, & tandem illum adeat. Quandoquidem
in rebus cōspicuis, agricola terrā exerct: ita se habet
in re sp̄irituali: sub dupli persona intelliguntur om-
nia. Oportet igitur hominem, à voluntate sumpto ini-
tio, excolere terram cordis sui, & elaborare. Requirit
enim deus ab homine laborem, fatigationem, ac ope-
rationem: nisi tamen desursum apparuerit nubes cēle-

stis, & pluviæ gratiæ, nihil iuuabit labor coloni. Cæterum christianismi hoc est iudicium: cùm quis elabauerit, aut quascunque iusticias peregerit, ita affectū esse ac si nihil egisset: cū iejunauerit, dicere, Nō iejunaui: cùm precatus fuerit, Non sum precatus: cū in oratione perseverauerit, Nō perseverauui, nunc adhuc exercere me ac elaborare incipere debeo. Ac licet iustus sit apud deum, dicere debet, Nō sum iustus, neque laborauui, sed incipio quotidie. Per singulos autem dies spem habere debet, gaudium ac fiduciā, de regno futuro & liberatione, dicens, Si non liberatus sum hodie, cras liberabor. Vt enim qui plantat vineam priusquam aggrediatur laborem, gaudio ac spe ducitur apud se, describitque in animo vindemias, ac redditum supputat, nondum nato vino, & hac ratione laborem suscipit. Spes enim atque expectatio reddunt illū alacrem ad laborem: tam diuine è re familiari sumptus non paucos facit. Itidem qui domum ædificat, aut terram excolit, de suo multa primū erogat, spe futuri redditus: non aliter hīc fit, nisi quis præ oculis habeat gaudium ac spem, nempe, Cōsecuturus sum redēptionem ac vitam, perferre nequit tribulationes, neq; pōdus, nec angustam viam suscipere. Spes enim & gaudium si adlīnt, efficiunt ut ipse laboret ac toleret afflictiones, pondusque & angustam viam suscipiat. Porrò quemadmodum torris non facile fugit ignem: ita nec anima vitat ignem mortis, nisi summo labore. At verò sāpenumero Satanas quasi sub prætextu bonarum cogitationum, ex eo scilicet potes place re deo, suggerit animæ, ac furtim eam deducit ad

leuia & in speciem probabilia consilia : quæ clam deducta discernere nescit , & ita delabitur in laqueum & exitium diaboli . Athletæ autem & decertantis arma commodissima sunt , ut ex animi proposito bellum gerat aduersus Satanam , seipsum oderit , abneget animam suam , ei succenseat , & conterat eam , adhærentibus cupiditatibus resistat , reluctetur cogitationibus , ac secum pugnet . Quòd si exterius corpustuum conserues à corruptione & stupro , intus autem in cogitationibus tuis adulterium aut stuprum committas , adulter es apud deum , neque tibi confert , corpus habere virginem . Verbi gratia , si iuuenis adolescentulam fraudulentis illecebribus deliniens corrumpat , posthac execrabitur eam sponsus , eo quòd adulterata sit : sic & anima corporis expers si societatem ineat cum internum adulterium committente serpente , hoc est cum spiritu nequam , quo ad deum mœchatur . Scriptum est itaque , Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam , iam mœchatus est in corde suo . Est enim stuprum , quod ministerio corporis admittitur : est etiam stuprum animæ cum Satana coëuntis . Nam eadem anima vel dæmonum , vel dei & angelorum sociæ est & soror : quæ si postea adulteretur cum diabolo , non est idonea sponsa cælesti . IN TERRA GATI O . Quiescítne Satanas interdū , ac homo liberatur bello : an quandiu viuit , bello non caret ? RESPONSI O . Satanas bellū gerere nunquā desinit : & quandiu quis viuit in hoc seculo , & carnem gestat , atten-

Mat. 5. d

tatur bello. At ubi tela nequā illius ignita fuerint extincta, in quo posthac illic lādere possit hominem? Et si veniat Satanus in iudicium, homo est amicus regis, controuersiam habens cum aduersario illius: cūm igitur habeat regem sibi propitium & amicum, qui ferat opem ei, nullatenus offendetur. Cūm enim quis penetratis omnibus ordinibus & gradibus transmissis, regi familiaris euasit, hic in posterum à quonam lādetur? In rebus ante oculos positis, sunt vrbes quæ dona & cannonas à rege accipiūt: si ergo in obeūdis muneribus sumptum exiguū faciant, nihil damni patiuntur, cūm à rege tanta accipient & suscipiant: ad eundem modum Christiani licet bello petantur ab hoste, diuertunt ipsis ad diuinitatem, induūntque virtutem ex alto ac requie: neq; de bello sunt solliciti. Ut enim

*S*ancte dominus relicto omni principatu ac potestate corpus induit: ita Christiani induuntur spiritu sancto, & re-

Amici quiete fruuntur. Quòd si bellum etiam ingruat, exteriorius ferit Satanus, ipsis verò tuti sunt interius potentia *trinsecus* domini, nec Satanam curant. Sicuti tētauit ille dominatū *pa*nū in deserto quadraginta dies, quid illi nocuit, quòd *tiuntur* à exterius aggressus est corpus illius? Intus enim deus *Satana.* erat. Ad hunc modum, Christiani licet exterius tenta-

x p r a m u s tionem patientur, nihilominus interius pleni sunt diuinitate, nec damni quicquam sentiunt. Ad hos vero gradus, si quis peruerterit ad perfectam dilectionem Christi, & plenitudinem diuinitatis occurrit: at qui non est eius generis, interius adhuc bellū patitur: hora quadam quiescit in oratione, alia hora positus est in tribulatione & bello: ita enim vult dominus: eo quod

quod sit adhuc pusillus, exercet illū ad prælia, ac duæ personæ scaturiūt ab interioribus, lumen & tenebra, quies & afflictio: precantur in quiete, alia quoque hora afficiuntur perturbatione. Non audis, quid ait Paulus? Si habuero omnia charismata, si tradidero corpus meum ita ut ardeam: si linguis angelorū loquar, charitatē autem nō habuero, nihil sum. Nā huiusmodi charismata exhortatoria sunt: qui verò in his consistunt, et si sunt in luce, tamē pusilli sunt. Plures enim è fratribus ad hos gradus accesserunt, habueruntque gratiā sanitatum, reuelationem, prophetiam: quia tamen ad integrum charitatem non peruererunt, in qua vinculum est perfectionis, prosliliit in eos bellum: & cum negligenter, occubuerūt. Si quis autē peruererit ad perfectam dilectionē, hic posthac vincitus est, & sub gratiam captiuus redactus. Si paululum charitatis mensuram attingat, nec eō peruererit, ut eius vinculis detineatur, talis adhuc obnoxius est timori, bello & casui: ac nisi confirmetur, prosternet eum Satanus. Hac enim ratione permulti aberrarunt à gratia, qua donati erant, existimantes se perfectionem assecutos, dicebant, Sufficit nobis, nō egemus: cùm tamen dominus finem non habeat, nec comprehendatur. Neque etiā audent dicere Christiani, se cōprehendisse, sed diu notwithstanding permanent humiliati. Inter ea quæ subiacent oculis, literæ perfectionem assequi nequeūt. quod nemo scit, nisi scholasticus mediocriter in literis eruditus: ita etiam hīc, deus nulli incomprehensibilis est & immensus, præterquam iis qui ex eo ipso gustauerūt, quem suscepérunt, ac imbecillitatem suam agnoscūt.

Simile Itaque si quis parum doctus rus abeat, vbi sunt idio-
 tæ, existimatur ab illis scholasticus : quia rustici sunt
 planè, qui dijudicare nesciunt. Ipse verò , qui paucas
Appar. didicit literas, si se conferat in urbem, vbi sunt orato-
 res & scholastici ante eos comparare non audet , nec
 verbū emittere: quia veluti rusticus censetur à schola-
 sticis. **I N T E R R O G A T I O.** An quis in bello cō-
 stitutus , & in anima duplícē personā gerens, peccati
 nempe & gratiæ, transferatur ex hoc mundo , quo
 pergit, à duabus partibus detéctus? **R E S P O N S I O.**
 Illuc tēdit, vbi sitam habet animus intentionē , ac vbi
 collocauit amorem. Debes duntaxat, si tibi obueniat
 afflictio & bellū, contradicere, ac odio prosequi. Non
 enim tuum est, vt eueiat bellū: odiisse tamē, tuum est.
 Tūmq; dominus intuens animū tuum, te decertātem
 ac diligentem illum ex tota anima, hora vna segregat
 mortem ab anima tua (nō enim hoc est ei difficile) &
 assumit te in sinū suum ac lucce. Eripit te horę momen-
 to è fauibus tenebrarū, téq; mox traducit in regnum
 suum. Nā deo facile est, horę momēto omnia perage-
 re, modo vnicè diligas eū. Etenim deus indiget ope-
 ra humana, quia socia diuinitatis est anima. Et, vt sa-
 pe diximus in parabola coloni , qui laborat, ac semen
 mittit in terrā, debet desursum accipere pluuiā : alio-
 qui, nisi nubes emerserint, ac flauerint venti, agricola
 inutilis est opera; quia nudum granum subiacet : hoc
 ipsum in rem spiritalem assume. Si sua tantū opera-
 tione cōtentus sit homo, nec quicquam suscipiat à sua
 natura extraneum, non potest domino dignos fructū
 reddere. **Quid porrò est hominis operatio?** Abrenun-

citare, egredi ex hoc mundo, sustinere in oratione, vigilare, deum ac fratres diligere : hoc proprium est eius. Si autem in sua ipsius actione maneat, nec aliud quippiam speret suscipere, neque animam afflauerint venti spiritus sancti, vel apparuerint nubes cælestes, ac descendenterit è cælo pluua, quæ irrigit animam: nō potest homo dignos fructus reddere domino. Itaque scriptum est, *Agricola* cum viderit palmitem feren-^{Io 6.15.4}
 tem fructum, purgat eum, ut copiosiorem fructum afferat: at non ferentem fructum, euellit, & exurendum tradit. Cæterum hoc incumbit homini, vt siue ieiunet, siue vigilet, siue precetur, siue boni quippiā agat, cuncta domino adscribat, & vtatur his verbis, Nisi deus corroborasset me, non potuissem ieiunare, aut precari, aut ex hoc mundo egredi. Et ita deus spe-
 ctans bonum propositum tuum, nempe ea te deo tribuere, que natura geris, ipse vicissim sua, quæ spiritalia, diuina, & cælestia sunt, ipsa tibi liberaliter confert. *Quinam* verò sunt fructus spiritus? Exultatio & lætitia. *INTERROGATIO.* Sed cū amor, fides, precatio, sint fructus naturales horū similes, edificare nobis, quemadmodū se habent naturalia, ac item spiritalia. *RESPONSI O.* Tua, quæ ipse geris, bona quidē sunt, & deo grata, sed nō pura. Verbi gratia, diligis deū, nō tamē pfectē: accedit dominus, largitur dilectionē immutabilē, nēpe cœlestē: precaris naturaliter nō sine distractionibus ac cogitationibus: cōfert tibi dominus precationē mūdā in spiritu & veritate. In rebus ante oculos positis, vt plurimū terra profert ex scipsa spinas: colonus autē fodit, excolit diligenter

ac seminat, spinæ tamen etiam non satæ nascuntur &
 multiplicâtur (dictum est enim Adamo, postquam trâ-
 gressus est, Tribulos & spinas producet tibi terra) de-
 Gene. » 3,c. nuò colon⁹ exercet terrā, effodit spinas: quę nihilomi-
 nus adhuc multiplicâtur. Istud spiritualiter accipe. Nā
 post transgressionē terra cordis producit spinas ac tri-
 bulos: operatur homo, elaborat: adhuc tamē spinæ im-
 proborum spirituum renascuntur: deinde sanctus ille
 spiritus succurrat infirmitati humanæ, dominusq; mit-
 tit in terrā cordis semen cœlestē, ac excolit eam: iacto
 semine, renascūtur adhuc spinæ & tribuli: iterum do-
 minus ipse necnon homo exercent terram animæ, se-
 ptémque spiritus nequam ac spinæ oriuntur illic &
 repullulat, donec q̄stas accedat, & excellat gratia, ac
 disiccetur spinæ ab ardore solis. Etsi enim vitiū inest
 naturæ, nō tamē vsque adeo dominatur in eam, aut im-
 perium in eam obtinet. Nam zizania tenellas herbas
 frumenti suffocare possunt: at vbi per q̄statis accessum
 fructus desiccati fuerint, zizania frumento nihil no-
 cēt. Itaque si euenerit, vt sint frumenti puri modij tri-
 ginta, zizaniorum aliqua permixtio vix appareret, ve-
 lut pars aliquota sextarij: obruta sunt enim ob maiori-
 rem copiam frumenti: ita fit in gratia, cùm donū dei
 & gratia excelluerit in homine, isque ditescat in do-
 mino, aliqua tamen in parte non absit vitium, nō po-
 test illud hominem offendere, neque vim ullam habet
 in eum, aut præfecturam: quoniam aduentus domini
 & prouidentia hanc ob rem est, vt vitio seruientes,
 obnoxios & subiugatos liberaret, ac peccati vñctores
 efficeret ac mortis. Non debent ergo fratres peregrini

num quippiā existimare, si à quibusdam affligantur,
vt vindicentur à vitio. Etenim quondā Moses & Aa-
ron, cùm obtinerent sacerdotium, multa pertulerunt:
Caiphas autem eorum cathedram tenens, persecutus
est & condēnauit dominū: dominus tamen habens in
honore sacerdotiū, hoc fieri permisit. Itidē prophetæ
passi sunt à gente sua persecutionem. Postea Moysi suc-
cessit Petrus qui nouam ecclesiam Christo, verumque
sacerdotiū creauit. Iam enim est baptisma ignis ac spi-
ritus, & circūcisio quædam quæ fit in corde. Diuinus
enim & cælestis spiritus commoratur in mente. At hi
cùm essent perfecti, quandiu versabantur in carne, nō
carebant solitudine, propter arbitrii libertatem: sed
cùm metu agebāt, ideoque tētari permittebātur. Vbi
verò peruererit anima ad ciuitatē illam sanctorū, tū
demū afflictione tētationibūsq; carebit. Illic enim nō
iam est cura, vel afflictio, vel labor, vel senectus, vel
Satanas, vel bellum: sed requies, gaudium, pax, & sa-
lus. Nam in medio eorū est dominus: qui cognomina-
tur saluator, quia liberat captiuos: cognominatur me-
dicus, eo quod cælestem diuināmque præbeat medici-
nam, & affectiones animæ curet, quæ aliquatenus do-
minātut homini. Atque ut vno verbo dicam, Iesus est
rex & deus: Satanas autem tyrannus & princeps ne-
quam. Quod reliquum est, deus & angeli eius homi-
nem istum ut peculiarem vendicare volunt in regnū
sū: itidem diabolus & angeli eius optant illū sibi ap-
propriare. Quocirca media est anima inter duas hy-
postases, ac utrā in partem inclinauerit voluntas ani-
mæ, ad eā pertinebit, eiūsq; filius erit. Quéadmodum

Petrus
succēdit
Mosi ad
ecclesiā
regēdā.

*S*nile autē si pater quispiam mittat filium suum in regionē
 peregrinam, in qua occurrant ei in via bestiæ: dentur
 que ei pharmaca & antidota, vt si insiliant in eum be-
 lux aut dracones, iniecto pharmaco interimat illa:
 hunc in modum vos quoque date operam, vt accipia-
 tis cæleste pharmacum, quod curatiuum est, & anti-
 dotum animat: vt eo perimatis venenosas bestias im-
 mundorum spirituum. Non est enim facile, cor mun-
 dum possidere, nisi multo cum certamine & labore,
 vt homo conscientiam & cor purum habeat, vtque
 penitus extirpetur vitium. Accidit enim, vt quis ha-
 beat gratiam, cuius tamen cor non sit purificatum.
 Hac itaq; ob causam ceciderunt, qui lapsi sunt, quod
 non crediderunt, post acceptam gratiam superesse cū
 illis caliginem ac peccatū. Omnes porrò iusti per an-
 gustam viam & afflictionis plenam usque in finem
 deo placuere. Abraham cùm esset diues tum secundū
 deum, tum secundum mūdum, seipsum terram ac pul-
 psalm... uerem nominabat. Et Dauid, Opprobrium hominū,
 21.4. inquit, & abiectio plebis. Et vermis, & non homo.
 Similiter omnes apostoli & prophetæ, dum malè tra-
 ctarentur, contumelis afficiebantur. Dominus ipse,
 qui via est & deus, cū non propter seipsum, sed pro-
 pter te venisset, vt vniuersi boni tibi exemplum fieret,
 attende, quam in humilitatem se dimisit, formam ser-
 ui accipiens, cùm sit deus, filius dei, rex, filius regis,
 donans quidem ipse curatiua pharmaca, sanansque
 vulneratos: cùm tamen exterius velut unus vulnera-
 torum appareret. Cæterū ne spernas dignitatem di-
 uinam, dum intuetis eum extrinsecus humiliatum, vt

nobis similem: non sua causa, sed nostra, sic apparuit.
Perpende, quām pro omnibus humiliatus erat, ea ho
ra qua vociferabātur, Crucifige, crucifige eum : ac tur Lk.23.c.
ba concurrebat. Velut in rebus conspicuis, si quis im-
probus à magistratu sententiam acceperit, post hoc
ab vniuerso populo aspernabilis & abiectus habetur:
ita dominus hora crucis, tanquam homo moriturus,
vilipendebatur à Pharisæis. Quando rursus conspuer-
runt vultum eius, & imposuerunt spineam coronam,
& colaphis eum cæciderunt, quam humilitatem non
superauit? Scriptum est enim, Dorsum meum dedi ha
gellantibus, nec à turpitudine consuentium auerti
faciem meam, nec genas meas à percutientibus. Quod
si deus tot contumelias, passionibus, ac humilitati se
subiecit, tu, qui natura cœnum es, & mortalis nature,
quātuncunque fueris humiliatus, nihil cum domino
tuo par feceris. Deus tua gratia seipsum humiliauit:
tu vero tua ipsius causa non deprimeris, sed extolleris
ac superbis. Venit enim ut afflictiones tuas & onera su-
meret, & requiem suam sibi conferret: tu vero perfere
re labores ac pati recusas, quo possint hac ratione tua
vulnera sanitatem consequi. Gloria sit patientiæ, &
longanimitati ipsius in secula. Amen.

N iiiij

DIGNITATEM ET STA-

TVM HOMINIS CHRISTIANI PROSE-
*quitur, eiisque liberum arbitrium, permixus interim
 vtilibus questionibus.*

HOMILIA XXVII.



G N O S C E nobilitatē tuā,
 ô homo tuāmque dignitatem,
 quām preciosus sis, frater Chri-
 sti, regis amicus, sponsa sponsi cę-
 lestis. Nam qui potuerit ingehui-
 tatem animæ suæ perspicere,
 hīc potentiam ac mysteria diu-
 nitatis cognoscere potest, & in-
 de humilior euadere: quoniam virtute diuina suum
 ipsius lapsum quis intuetur. Porrò quo pacto transit
 ille per passiones ac crucem, & ita gloria donatus est,
 & sedet in dextera patris: sic te compati necesse est,
 simūlque crucifigi, & inde resurgere, & vnā sede-
 re, & coniungi corpori Christi, & in illo seculo per-
 petuō simul regnare: si tamen compatimur, ut &
 conglorificemur. Quicunque enim ipsius vitiū propu-
 gnacula superare ac transilire potuerint, ingrediuntur
 in ciuitatem cælestem, tranquillitatis, multorumque
 bonorum plenam: ubi spiritus iustorum requiescent.
 Huius ergo gratia summopere laborandum est ac de-
 certandum: quia non est æquum, sponsum ipsum tua
 causa venientem, passum & crucifixum esse, sponsam
 vero, cuius gratia venit, gloriari & distrahi. Nam si-

cut in rebus ob oculos positis, si metetrix quæpiam se ipsam turpiter omnibus prostituat: ita etiam anima, quæ cuicunque dæmoni se tradit, corruptitur ab ipsis spiritibus. Quandoquidem sunt qui peccatovitioque laborant ex proposito, quidam autem præter propositum. Quid verò sibi volunt ista? Ex proposito vitiosi sunt hi qui suam ipsorum voluntatem vitio tradiderunt, delectatur cum illo, amicitiamque contrahunt. Huiusmodi cum satana pacem habent, nec in cogitationibus bellum gerunt cum diabolo. Qui verò præter propositum, hi habent quidem apud se peccatum ex aduerso pugnans in membris eorum, secundū apostolum: estque nebulosa vis & caligo præter votum, non tamē consentiunt in cogitationibus, nec cōdelectātur, aut obtemperant, sed cōtra dicunt faciūntque ibi sibi succensent: qui longè præstantiores ad digniores sunt apud deum, quam illi qui proprio consilio voluntatem suam vitio dedunt, & vñā delectantur. Perinde ac si fuerit rex qui nactus puellam quādam pauperē, pannosis induitam, non erubescat; sed ablatis sor didis illius indumentis, & nigredinem eius abluat, & splendidis eam induat vestimentis: quam etiam sociā regis constituat, mensæque ipsius & conuiuij participem efficiat: ad hunc quoque modum dominus animam vulneratam ac cælam offendit, præbuit ei medicinam, exuit eam atris vestimentis ac turpitudine vitorum, induitque illam regiis, cælestibus, fulgidis, ac gloriosis vestimentis diuinitatis, imposuit ei coronā, & mensæ regiæ sociam fecit, in gaudium & exultationem. Ac veluti si fuerit hortus, in quo sint arbores

S m u l e

animæ

Deus

S m u l e

fructiferæ per omnia bene olentes. sint etiam ibi loca
 variis modis amœna, planè pulchra, boniq; odoris ac
 quietis plena: in quem quicūque fuerit ingressus, lare
 anima
 I. Cor. " 1. Cor. " 1. Cor. "
 6.c. " 6.c. " 6.c. "
 Christia
 nismi di
 gnitas.
 Scriptū est enim, Rex regnantiū, & do-
 minus dominantiū. Quare Christianismus nō est quip
 piā vulgare: mysteriū enim hoc magnum est. Ideoque
 perspicere nobilitatem tuā, te vocatū esse ad regiam di-
 gnitatē, genus electū, sacerdotiū, & gentē sanctā. My-
 steriū enim Christianismi alienū est ab hoc mundo: &
 gloria regis quæ nūc apparet, ac diuitiæ terrena sunt,
 quæ corrūptur & prætereunt. Regnū autē illud & o-
 pes, sunt res diuinæ, res cœlestes & glorioſæ, quæ nunq;
 prætereūt aut dissoluūt. Regnāt enim in cœtu cœle-
 sti cū rege cœlesti: ipseque primogenit⁹ est ex mortuis,
 necnō illi primogeniti. Porro cū tales sint electi & p-
 bati apud deū, apud se tamē minimi sunt, ac valde re-
 probati, quod illis est velut naturale ac cōcretū, ut de-
 seipsis nihil sentiat. **INTERROGATIO.** Ignorant
 ergo, se accessionē aliquā adeptos esse, ac præter natu-
 rā suā aliquid quod nō habebāt, possidere? **RESPON-**
SIO. Egoverò dico tibi, illos nō esse probatos, nec esse
 in progressu, ac ignorare, se possidere quod nō habebāt:
 sed licet tales sint accedens gratia docet eos qui pro-
 mouentur adhuc, nullo in precio habere animas suas,
 sed abiectos natura seipſos existimare debere. Itaque
 cūm apud deum præclarí sint, apud seipſos non sunt:
 cūmque sint in progressu & notitia dei, perinde sunt,
 ac si nihil scirent: apud deū cum sint locupletes, sunt

apud se pauperes. Ut autem Christus, sumpta serui for
 ma, per humilitatem vicit diabolum: sic initio serpēs Summe
Prædictus
 per arrogantiam ac superbiam Adamum profligauit. Nunc quoque ille ipse serpens, intus latens in cordi-
 bus, per superbiam destruit ac dissoluit genus Chri-
 stianorum. Quemadmodum enim si quis liber & in-
 genuus more seculi, ac valde locuples, redditum insu-
 per cogat, & fructus inferat, ille arrogans est, ac sibi-
 ipsi fidit: cūmque sit intolerabilis, omnes calcitat &
 colaphis afficit: ita sunt quidā nulla discretione præ-
 dicti, qui cūm paululum quietis precationis que fuerint
 adepti, extollī incipiunt, rebelles esse, atque de aliis iu-
 dicium ferre; & hoc pacto delapsi sunt in profundissi-
 ma terræ. Serpens enim ille qui deturbauit Ada-
 mū per arrogantiam dum diceret, Eritis sicut dij: ipse
 nunc quoque in cordibus suggerit arrogantiam his
 verbis, Perfectus es: sufficit tibi, factus es locuples,
 nullius indiges, beatus es. Sunt porrò alii in morem
 seculi pollentes opibus, quas dum cumulant, è fru-
 ctuum copia, continēt seipso in discretione, non glo-
 riantur, neque extollūtur: sed sunt æqui quia norunt,
 post vbertatem venturam sterilitatem. Et contra cūm
 in damnum & sterilitatem inciderint, non angun-
 tur, sed æqui manent: quoniam sciunt denuò succes-
 suram vbertatem, & in his plurimum exercitati non
 obstupescunt, neque de prouento aut fertilitate su-
 perbiunt: neque si damnum occurrat, sunt attoni-
 ti. Igitur Christianismi ratio est huiusmodi, gusta-
 reveritatem, edere ac bibere de veritate, quod qui-
 dem facere licet pro viribus & facultate. Quēadmo-

Slyer Cœ

Gen. 3. 6

Simile dum si quis sitibūdus de fonte bibere incipiat, & in-
 ter potandum à quopiam abstrahatur, qui nō permit-
 tāt impleri quantum velit: postea vehementius inar-
 descit, quia gustauit aquam, ac studiosius expertus: sic
Gratia & in respiritali, gustat quis ac sumit de cibo cælesti,
 tum inter gustandum subtrahitur, nullusque dat ei ut
 satietur. **I N T E R R O G A T I O.** Quamobrem im-
 pleri non conceditur? **R E S P O N S I O.** Nouit do-
 minus imbecillitatem hominis, nempe confessim ex-
 tolli solere, propterea subtrahit, & hominem exerce-
 ri iactarique permittit. Nam si te modicum accipien-
 tē tolerare nemo potest, sed intumescis, quāto magis
 si quis tibi concederet prorsus ad satietatem, nemote
 ferret? At qui deus perspectam habens infirmitatē, te
 cum moderamine tribulationibus exponit, ut humili-
Simile lis euadas, ac studiosior inquirendi dei. Etenim iuxta
 morem seculi, mendicus quidam cùm reperisset mar-
 supium aureis plenum, p̄ leuitate proclaimare cœ-
Super 62 pit, Inueni marsupium: diues sum. Tum audiuit ex ru-
 more, qui perdiderat, ac recepit illud. Diues alius ar-
 rogans factus est, & calcitrare cœpit, omnēsque cōtu-
 meliis afficere, & super quosdā efferri: quod cùm au-
 disset rex, facultates eius publicauit. Ita se habet in re-
 spiritali: vbi nonnulli modicū quietis acceperint, ad-
 ministrare nesciunt; sed perdūt etiam id quod adepti
 sunt. Tētat enim eos peccatū, ac tenebris obducit ani-
 mum eorum. **I N T E R R O G A T I O.** Qua ratio-
 ne nonnulli, postquam sunt à gratia visitati, labūtur?
 Nōnne Satanus multo imbecillior demonstratur: Nā
 vbi dies, quī potest nox esse? **R E S P O N S I O.** Non

quòd extinguatur gratia, vel infirmetur: sed vt liberum arbitriū tuum ac libertas probetur, quò vergat, permittit te vitio, tūque rursus voluntate appropinquans domino, admoneris vt perpendas gratiam. At quo pacto scriptum est, Spiritum nolite extinguere: si 1. Thess. ipse inextinguibilis est & lucidus? Tu verò voluntate 5.c. tua negligens ac non cōsentīes, extingueris à spiritu. Eodem modo dicit, Nolite contristare spiritū sanctū Eph. 4.g dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Vides, Arbitriū in tua volūtate positum esse, ac libero tuo arbitrio, vt liberum honore afficias spiritum sanctum, & non angas. Ego verò dico tibi, etiam perfectis Christianis, qui captiuitati sunt & inebriati in bonum, inesse arbitrij libertatem, vnde infinitis malis examinati cōuertuntur ad bonum. Sicuti cùm fuerint quidam dignitate, opibus ac nobilitate pollentes, qui propria voluntate atque proposito, relictis facultatibus, nobilitate, ac dignitatibus suis abeant, & induant sordida & vilia vestimenta, & ignominiam pro gloria, sintque calamitosi & abiecti, hoc relictum est ipsorum propriæ voluntati. Ego autem tibi dico, vel ipsos apostolos, qui cōsummati erant in gratia, non fuisse prohibitos à gratia, quo minus agerent quæ vellent: etiam si illi ipsi committere voluissent quæ gratiæ displicebant. Nam boni maliisque capax est natura nostra: ac potestas aduersaria exhortandi vim habet, nō cogendi: in reliquo liberum habes arbitrium inclinandi quò libuerit. Non animaduertis, Petru reprehensum fuisse, Paulumque abeūtem arguisse illum: qui quantis talis esset, adhuc reprehensibilis erat? Paulus quoq; spiritalis cūm esset,

propria voluntate altercationem iniit cum Barnaba:
ac exacerbati discesserunt ab inuicem. Itaque , inquit
Gala. » idem, Vos qui spiritales estis , huiusmodi instruite in
6.4. » spiritu lenitatis: considerans teipsum, ne & tu tente-
ris. Ecce tentatur spiritales: quia superest adhuc arbitrii libertas, instantque aduersarij, quandiu fuerint in
hoc seculo. **I N T E R R O G A T I O.** Non poterant
apostoli peccare, si voluissent: an etiam ipsa voluntate
poterior erat gratia? **R E S P O N S I O.** Peccare qui-
dē non poterant, quia nō extollebātur, cū essent lumi-
ne ac tali gratia prædicti. Nō tamē dicimus , in illis in-
firmam fuisse gratiā: verū dicimus, gratiam vel ip-
sis spiritualibus perfectis permettere , vt habeant suas
voluntates, ac facultatē agendi quæ libuerint , & quod
voluerint inclinandi. Ipsa quoque natura humana, li-
cet infima, etiam si illi bonū insit, facultatē habet ver-
satilem. **Q**uemadmodum si quidam omnimodam ar-
maturam, thoracem & arma fuerint induti , quod ad
reliquum attinet, intus sunt protecti , nec irruent in
eos hostes: aut si irruerint , in eorum voluntate situm
est, vt vtantur armis, decenter ac reluctanter hosti-
bus, & victoriā referant: aut cum hostibus oblecten-
tur & pacē ineant, ac non dimicent, licet habeant ar-
christianū
armā
Quia: sic etiam Christiani perfectū robur induti, armā-
que cælestia habentes, si velint, delectātur cū Satana,
& pacē cum eo contrahunt, nec præliātur. Versatilis
enim est natura, ac si quis velit, euadit filius dei: sin cō-
tra, filius perditionis: eo q̄ permaneat liberū arbitriū.
Aliud est, de pane & mēsa verba facere: & aliud ede-
re ac suinere dulcedinē panis, vt inde corroborētur o-

mnia mēbra. Aliud est verbo tenus disputare de potu *Simile*
 suauissimo: & aliud abire, & ex ipso fonte capere , ac
 ipso gustu suauissimi pot⁹ impleri. Aliud est sermonē
 habere de bello , strenuis athletis ac bellatoribus : &
 aliud abire quempiam in aciē bellicam, & cum hosti-
 bus cōmittere, ingredi, egredi, accipere, dare, & victo-
 riā referre. Ad hunc modū se res habet in spiritualibus.
 Aliud est, notitia quadā & intellectu sermones expli-
 care : & aliud, in hypostasi, opere, certitudine , & in
 interiori homine & animo habere thesaurum, gratiā,
 gustū & efficaciā sancti spiritus. Nam qui verba nuda
 proferunt , ducuntur imaginationibus , & intume-
 scunt animo suo. Sermo enim meus, inquit, & prædi-
 catio mea nō in persuasilibus humanæ sapiētiævet-
 bis, sed in ostensione sp̄iritus & virtutis. Et iterum ali-
 bi dicit, Finis præcepti est charitas de corde puro , &
 conscientia bona, & fide non ficta. Qui talis est, nō la-
 bitur. Multis enim qui deum inquisierant, aperta est
 ianua : qui viderunt thesaurum , & introierunt in il-
 lum. Et cum exultarent, dicentes, Reperimus thesau-
 rum: clausit illis fores. Cœperunt vociferari, luge-
 re, & indagare, Thesaurum nacti sumus, ac perdidimus. Quandoquidem cum dispensatione subducit se
 grātia, vt maiore studio inquiramus. Patefit enim the-
 saurus, pro modo indagantis. IN TERR O G A-
 T I O. Cum dicant nonnulli post acceptam gratiam,
 transire quempiam à morte in vitam , potestne quis
 illuminatus habere sordidas cogitationes? R E - *Gal.3.4.*
 S P O N S I O. Scriptum est, Cūm spiritu cœperitis, *Eph.6.6.*
 nunc carne cōsummamini. Iterum autem ait, Induite

„ vos armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias
 „ diaboli. Ex eo sermone duo sunt loca : tum vbi erat,
 cùm induit arma:tum vbi est,cùm bellum gerit aduer-
 sus principes & potestates,in lumine nempe,an in te-
 Ephes. „ nebris. Et,Vt vos possitis tela nequissimi ignea extin-
 6.c. „ guere. Ac rursum,Nolite contristare spiritum sanctū.
 Ephes. „ Iterūmque,Impossibile est,eos qui semel sunt illumini-
 4.g. „ nati , & gustauerunt donum dei , ac participes facti
 Heb. „ sunt spiritus sancti , & ceciderunt, renouati. En, qui
 6.4. „ sunt illuminati & gustauerunt, ruunt. Vides , homi-
 nem habere voluntatem consentiendi spiritui,volun-
 tatem etiam contristandi. Planè enim arma sumit,vt
 prodeat in bellum,& certet cum hostibus:planè illu-
 minatus est,vt militet aduersus tenebras. IN T E R-
 2.Cor. „ RO G A T I O. Qua ratione dicit apostolus, Si ha-
 13.4. „ buero omnem scientiam & omnem prophetiam , ac
 loquar linguis angelorum, nihil sum? R E S P O N-
 S I O. Non ita debemus intelligere, quasi nihil sit apo-
 stolus:sed ista,si conferantur cum charitate perfecta,
 esse perexigua. Itaque qui afflicctus hæc fuerit, cadere
 potest:qui verò charitatem habuerit, labi nequit. Ego
 verò tibi profiteor, me vidisse viros omni charismatū
 genere præditos ac spiritus participes, qui, propterea
 quòd nō peruererant ad perfectam charitatem, lapsi
 sunt. Quidā enim è nobilibus cum renunciasset, pru-
 dens & sanè métis bona sua vendidit, ac seruos liber-
 tate donauit,splendore vitæ alioqui celebris: interea
 de seipso quippiam sentire cœpit, & arrrogantia labo-
 rare , tandem in flagitia & infinita mala delapsus est.
 Alius tépore persecutionis corpus suum tradidit , &

cum

cum esset confessor, inita pace postea solutus est: eratque nomine insignis, utpote cuius offuso fumo palpebrae offendere fuerant. Hic alioqui gloria illustris, cum uocaretur ad preces, accipiebat frumentum, quod dabat pueru suo: eoque redacta est mens eius, ac si nunquam audierat verbum dei. Alius persecutionis tempore corpus suum prebuit, ac cum suspensus esset & efferrabuisset, postea coactus est in carcere. Huic igitur ministrabat quædam iuxta fidem canonica, cum qua familiaritate contracta, existentes adhuc in carcere, lapsus est in stuprum. Animaduerte, quio pacto ceciderunt tum diues qui facultates suas viderat, tum is qui corpus suum tradiderat in martyrium. Alius sagax pugil, qui mecum domi manebat, & mecum precabatur, usque adeo gratia locuples erat, ut inter orandum iuxta me compungeretur: feruebat enim in illo gratia. Ipsi quoque donata erat gratia sanitatum: nec demones dunt taxat expellebat, sed manibus & pedibus vincetos & grauibus morbis affectos per impositionem manuum curabat: postea cum negligenter se gereret, gloria celebratus a mundo, cum quo se oblectabat, in superbiam elatus est, ac delapsus est in ipsa profundissima peccati. Attende eum qui etiam gratia sanitatum pollebat, cecidisse. Vides, quomodo ruant, antequam ad measuram charitatis perueniant. Qui enim charitatē affecitus vincitur & inebriatur, hic absorbetur & captiuatur in alium mundum, quasi naturam propriam non sentiat. IN-
TERROGATIO. Quid est, Quæ oculus non vidit,
nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt? RESPONSI
O

I. Cor. 2.
c.

phetæ nouerant venturum esse redemptorē: at passū-
rum, esse crucifigendū, ac sanguinem in cruce fusurū,
non norant, nec audierant: neque in animum eorum

Oblatio ascenderat baptisma futurum ignis ac spiritus sancti:
Euchari item offerendum esse in ecclesia panem & vinum, ex-
stia.emplat exhibens carnem ipsius & sanguinem: su-
^{* id est} mentésque de pane visibili, ^{*} spiritualiter carnem do-
^{nō visi-} mini edere: apostolos quoque & Christianos susce-
bili mo- pturos paracletum, & induendos virtute ex alto,
do & eo ac deitate implendos: animas etiam compinsendas
quo edi- esse cum spiritu sancto: hoc ignorant reges & pro-
tur alia phetæ, nec in cor eorum ascenderat. Nunc enim Chri-
caro, sed stiani aliter ditescunt, ac desideriis feruntur in deita-
spirituali tem. At licet tali gaudio perfundantur & consolatio-
^{& inui-} ne, sub timore tamen degunt ac tremore.

**INTER-
ROGATIO.** Sub quo metu ac tremore?

R E S P O N S I O. Ne aberrent in aliquo, sed consen-

Simele. tiant gratię. Quemadmodum si quis habēs thesauros,
Xpianus proficiscatur ad loca in quibus sunt latrones, gaudet
& audaz quidē propter opes & thesaurū: nihilominus metuit,
m̄tine ne quo pacto latrones irruāt, ac deprédetur illū. Itaq;
 perinde est ac si manibus suis propriū corpus gestet.
 Ecce enim quantū ad ea quā vidētur, omnes renūcia-
 uimus, peregrini sumus, nihil possidemus, priuatissi-
 mus societate carnali: in reliquo vide corpus ad ora-
 tionem collocatum esse, debent fratres attendere, nū
 mens etiam cum corpore cōsonet: sicut in mundo, ar-
 tifices & architecti habent ut plurimum corporis iti-
 dem & animum alligatum ad artem noctū diūque.
 Tu ergo qui peregrinum habes corpus ab hoc mun-

do, perpende te ipsum, num etiam mentē habeas alienam ab hoc seculo, ac non occuparis in mundo. Qui libet enim secularis miles aut mercator ubi corpus habet, ibi quoque mentem habet illigatam, ibique thesaurus eius est: quia scriptū est, Vbi thesaurus, ibi etiā Mat. 6, c
 cor. Reliquum est, quali thesauro deditus sit animus tuus: an totus planè deo, nécne? si minus est, dicatis mihi; quid oblit. Profecto Satanas & dæmones sunt spiritus nequam, qui occupant animū, & animam involunt. Perplexus enim diabolus habens machinas, fores triplices, ac versutiam nō paucā, animæ pascua cogitationēsque occupat, nec permittit rectè precari & accedere ad deum. Nam ipsa natura potest esse particeps dæmonum ac spirituum nequitiae, itidem angelorum ac spiritus sancti: templum est Satanæ, & templum sancti spiritus. Supereft, ut animum vestrum expendatis, fratres, cuiusnam estis participes, angelorum an dæmonum: cuius templum & domiciliū estis, dei an diaboli: quali thesauro cor sit plenum, gratiæ an Satanæ. Idcirco tanquā domū fœtoris & stercoris plenā, illud purgari planè cōuenit & exornari, quoq[ue]is odore bono & thesauris impleri: ut pro Satana veniat spiritus sanctus, ac requiescat in animis Christianorum. Cæterū non statim ut quis audiuit verbum dei, quamprimum sit bona partis. Si enim audiendo simul efficeretur partis bona, nequaquam extitissent certamina, aut bellorum occasiones, aut cursus: sed sine labore, modò audisset, peruenisset ad quietem ac mensuram perfectam. At non ita se res habet. Tollis enim hominis voluntatē, dū hoc inquis, &

negas repugnātem facultatem esse, quæ luctatur cum animo. Nos autem dicimus, eum qui verbum audit, venire in compunctionem: deinde per dispensationē subducente se gratia, ad vtilitatem hominis, in exercitationem & disciplinā militarem ingredi: tum luctari, & inire certamē aduersus Satanam, ac multo cut su pugnāque reportata victoria, Christianū fieri. Nā si quis ex auditu solo, sine labore ad bonam partem pertineret, etiā qui spectaculis theatralibus oblectantur, & scortatores, ibunt in regnum & vitam, quam profectō nemo dabit illis citra laborem & pugnam: quoniam angusta via est & afflictionis plena. Per hāc durā viam incedere, sustinere, & affligi necesse est, & ita vitam ingredi. Nam si absque labore feliciter age re liceret, Christianismus vltra non esset lapis offenditionis & petra scandali: nec fides & infidelitas. Præterea constituis etiam hominem immutabilem tū ad bonum, tum ad malum. Etenim ei qui mutari potest in utrāque partem, liberūmque arbitrium habenti, lex data est, ut bellum gerat aduersus contrariam potestatē. Fixæ enim & immutabili naturæ lex non imponitur. Quandoquidem sol, cælum, terrāve nullæ getenentur: quia creaturæ sunt ligatae naturæ: vnde nec p̄mio, nec supplicio sunt obnoxie. Honor enim & gloria præparata est ei, quod conuerti potest ad bonum: contra verò gehenna suppliciūmque præparatū est eidem mutabili naturæ, quæ potest vitare malam, & vergere ad bonā & dexteram partem. ecce illū aīs esse ligatae naturæ. Insuper virum bonum nō facis laude dignum. Nam natura mansuetus & bonus non

est dignus laude, quanuis sit optatus. Nō enim laudabile est, quod non est ex proposito bonum, licet sit gratum. Ille siquidē laude dignus est, qui cū liberam ha-
beat voluntatem, proprio studio, non sine certamine
pugnāq; amplectitur quod bonū est. Veluti si ex acie *sumere*
Persarum atque Romanorum duo prodeant adoles-
centes pennati, viribus æquales, qui luctetur: ita ad-
uersaria potestas & mens, in sese pollent æqualiter: pa-
rēmque facultatem habet Satanás adhortandi & illi-
ciendi animam ad voluntatem suā, ac ex aduerso ani-
ma repugnādī & in nullo obsequēdi. Exhortari enim
possunt ambæ facultates, tum ad bonū, tum ad malū,
nō tamē necessario cōpellere. Huic igitur arbitrio di-
uina datur remuneratio, potestque certando arma de
cælo sumere, quibus extirpabit & vincet peccatum.
Nam cōtradicere quidem peccato potest anima, sine
deo verò superare & euellere vitium nequit. Cæte-
rūm qui aiunt peccatum esse veluti strenuum gigan-
tem, animam autem velut pusionem, non rectè dicūt.
Si enim res essent adeò dissimiles, vt peccatum sit gi-
gas, anima verò pusio, iniquus esset legislator, qui san-
ctiuit, vt homo certamē ineat aduersus Satanam. Hoc
potrò fundamentum est viæ ducentis ad deum, in pa-
tientia multa, in spe, in humilitate, in paupertate spi-
ritus, in māsuetudine viā vitæ peragere. Et per hēc po-
test quis in seipso consequi iustitiā: dicimus autem iu-
stitiam, ipsum dominum. Hæc enim præcepta, quæ iu-
bent in hunc modum, sunt tanquam lapides miliates
fixi, & signa viæ regiæ, quæ deducit inambulantes ad
civitatem cælestem. Ait enim, Beati pauperes spiritu,

Mat. 5. 4

O iiij

» Beati mites. Beatimisericordes. Beati pacifici. Hunc dicito esse Christianismum. Quod si quis hac via non ambulet, errat per deuia, maloque fundamento vtitur. Gloria miserationibus patris, & filii, & spiritus sancti in secula. Amen.

DESCRIBIT AC DE-
PLORAT CALAMITATEM
*anima, in qua propter peccatum non
habitat Christus.*

HOMILIA XXVIII.

Simele

Deus

Simele.

animus



VE M A D M O D V M deus olim infensus Iudeis tradidit Ierusalem hostibus in spectaculum, & dominati sunt eis qui oderant illos, nec erat ibi amplius festum neque oblationis etiam iratus in animam ob transgressionem madati, tradidit eam hostibus, dæmonibus & affectionibus: qui cum seduxissent eam, penitus deleuerunt: nec illic agebatur ultra dies festus, nec incensum aut oblatio deo offerrebat, plenaque in viis erant eius insignia diris bestiis, ac spiritus reptiles nequitias in ea dissoluebant. Ac veluti domus, nisi dominum inhabitantem habeat, tenebrosa, vilis & probrosoa redditur, & impletur sordibus atque stercoribus: ad eundem quoque modum anima quæ non habet in seipsa do-

minum suum cum angelis exultantem, tenebris peccati, affectionum turpitudine, & omnimoda ignominia repletur. Væ viæ in qua nemo ambulat, nec audit in ea vocem hominis, quia receptaculum est bestiarum. Væ animæ, cùm in ea non incedit dominus: ut ex ea excutiat voce sua spiritales bestias nequitiae. Væ domui in qua non habitat dominus. Væ terræ cùm non habuerit colonum, qui exerceat illam. Væ naui gubernatore carenti: quoniam à fluctibus & tempestate maris agitata perit. Væ animæ, cùm verum gubernatorem Christum in se non habuerit: quoniam in acerbissimo mari tenebrarum versatur: & ex procellis affectionum fluctuans, & à spiritibus nequissimis, velut tempestate iactata, tandem consequitur interitum. Væ animæ, cùm non habuerit Christum, qui accuratè excolat illam, vt bonos fructus spiritus referre valeat: quia, cùm sit deserta, spinis ac tribulis referta, tandem exustionem ignis pro fructu decerpit. Væ animæ, cùm dominum suum Christum habitantem in seipsa non habuerit: quia cùm sit deserta affectionumque fœtore repleta, tabernaculum existit vitiorum. Sicut enim agricola qui se confert ad excolendam terram, tum instrumenta, tum indumenta ad culturam necessaria sumere debet: ita Christus rex cœlestis & verus agricola, accedens ad humanitatem per vitium desolatam, corpus induit: ac pro instrumento, crucem portauit: quibus excoluit anima desertam, ex ea spinas & tribulos prauorum spirituum excerptis, & euulsis zizania peccati,

O iiiij

Summe
penitentium
Summe
animarum
 omne denique fœnum peccatorū eius igne exussit; cūmque sic exercuisset illam ligno crucis, plantauit in ea hortum spiritus pulcherrimum, omnis generis fructum suauissimum & gratissimum deo veluti domino referentem. Et sicut in Ægypto quando triduum factæ sunt tenebrae, patrem filius non videbat, neque frater fratrem, nec amicus germanum amicum, ve-
 lantibus eos tenebris: sic ex quo Adā transgressus est mandatum, & à pristina gloria decidit, spiritui mun-
 di subditus, velamine quoque tenebrarum eius ope-
 ra veniente in animam ipsius, vel ad postremum A-
 damum, nempe dominum, non videbat verum pa-
 trem, scilicet cælestem: bonam ac benignam matrem,
 gratiam spiritus sancti: dulcem ac desideratum fra-
 trem, dominum: amicos & germanos, sanctos an-
 gelos, quibuscum gaudebat choreas agens & cele-
 brans festa. At qui non solùm ad postremum usque
 Adamum, sed hoc quoque tempore, hi quibus nō ex-
 ortus est sol iustitiae Christus, quorūque oculi ani-
 mæ non sunt aperti, à vero lumine illuminati, sub
 iisdem adhuc manent tenebris peccati, eandem volu-
 ptatum energiam habētes, eidem supplicio obnoxij,
 nō habentes oculos qui patrē videant. Hoc autē quis-
 q; nosse debet, esse oculos interiores istorum oculorū
 & interiorē auditum huius auditus. Et qua ratione
 oculi isti sensibiliter intuētur & cognoscunt faciē ami-
 ci aut dilecti: sic præclaræ & fidelis animæ oculi diui-
 no lumine spiritualiter illustrati, vidēt & intelligūt ve-
 rū amicū, ac suauissimū optatissimūmq; spōsum domi-
 nū ob illuminatā animā ab adorando spiritu, Itaq; dū

ea sic intellectu videt gratia ac solá ineffabilē pulchritudinem, vulneratur amore diuino, atque ad omnes spiritus virtutes dirigitur: quo fit, ut indefinitam & inefficientem dilectionem adipiscatur erga sibi optatum dominum. Quid enim beatius illa voce perpetua Ioannis, monstrantis ob oculos dominum, his verbis, Ecce agnus dei, qui tollit peccatum mundi? Re vera inter natos mulierum nullus maior Ioanne Baptista. complementum enim est omnium prophetarum, ac omnes quidem vaticinati sunt de domino, procul ostendentes eum venturum: ille vero dum de saluatore prophetaret, demonstrabat ante omnium oculos, clamans ac dicens, Ecce agnus dei. Quid erat suavis & preclara vox recta monstrantis eum, quem predicabat? Nullus inter natos mulierum maior Ioanne: qui autem minor est in regno celorum, maior est illo. Apostoli qui desursum ex deo nati sunt, & primitias accepérunt spiritus paracleti: quandoquidem hi meruerunt, ut vna iudices essent & throni participes, hi redemptores hominum facti sunt. Reperis eos scindentes mare pruarum potestatum, ac deducentes fidèles animas. Reperis eos colonos, animę vineam excolentes. Reperis eos paronymphos, despödentes animas Christo: Despondi enim, inquit, vos vni viro. Reperis eos dantes vitam hominibus: & ut semel dicam, reperis eos variis ac multis modis ministrantes spiritui sancto. Hic igitur est ille parvus, qui maior est Ioane Baptista. Quia enim ratione agricola iugum boum regens exercet terram: codem etiam modo dominus Iesus, qui insignis & verus est agricola, binos

Ioā. 1. d.

Mat. II.
b.2. Co. II.
a.Sicut
Lp. 15

Smule
b.i.hol
opera

apostolos copulans emisit, colens cum illis terram audentium ac verè credentium. Veruntamen hoc quoque dictu dignum est, non in solo auscultationis verbo cōsistere regnum dei, & apostolorum prædicacionem: vēluti si quis dicendi peritus apud alios oret: sed in virtute & efficacia spiritus regnum positum est. Hæc enim Israëlitarum filiis euenerunt, qui versantes assiduē scripturas, quasi verò de domino meditarentur, eo quod veritatem ipsam non suscepérunt, aliis eandem hæreditatem tradiderunt: ita qui sermones spiritales aliis enarrāt, cùm ipsi verbum cum virtute non possideant, aliis tradūt hæreditatem. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, in secula. Amen.

DVPLICI RATIONE GRA

TIAM SVAM LARGITVR DEVS:
cuius fructum tandem iusto iudicio repetit.

HOMILIA XXIX.



APIENTIA dei cùm sit infinita, & comprehendi nequeat, incomprehenso & imperuestigabili modo dispensationes gratiæ variè exercet ergagenus humanum, ad probandam liberi arbitrii voluntatem: ut manifesti fiant, qui deum ex toto corde diligunt, & periculum omne laborēmque illius causa perferunt. Nam quos charis,

mata & spiritus sancti dona præoccupant, hi statim ut accesserunt cum fide & postulatione, citra labores, sudores & fatigations interdū in mundo versantur. Præterea cōfert gratiam illam deus nō ociosè, nō temerè, neque fortuitò: sed secreta quadam & incomprehensibili sapientia, probandi voti gratia liberæque voluntatis eorum qui cōfestim gratiā diuinam consequuntur: an senserint beneficiū, benignitatē, ac dulcedinem à deo sibi exhibitā, iuxta proportionem gratiæ sine propriis laboribus collatæ: qua dignati debent studiū, cursum, conatū ac dilectionis fructū à voluntate & proposito nascētem emittere, vicēmque charismatū repēdere, hoc est, se totos ac deuotos in dilectionem domini cōferre, solam illius voluntatē peragere, & ab omni carnali desiderio prorsus recedere. Quibus verò, licet à mundo segregati sint, & ex euangelii sententia renuntiauerint huic seculo, valde perseverātes in oratione, ieiunio, ac reliquarū rerū probatarū studio, nō donat quam primū deus gratiā, requietum, & exultationē spiritus, longanimiter agens illorū causa, donūmq; retinens: hoc quoq; non ociosè, nō temerè, neque fortuitò facit, sed occulta quadā sapientia, ad probandā liberi arbitrii voluntatē: vt videat an fidelē veracēmque deum existimauerint, qui pollicitus sit, daturum potentibus, & pulsantibus vitæ fores apertum: vt cognoscat, an verè credant verbo suo, & ad finem usque permaneant in integritate fidei studiisque postulantes ac quærentes: an non afflitti & remissi auertantur, ac dissidentes & desperantes cōtentiant, nō perfertentes usque in finē, pro-

pter interiectum tempus & probatam voluntatem
 atque propositum. Qui enim per dilationem & longa-
 nimitatem diuinam non celeriter accipit, magis ac-
 ceditur, & vehementius appetit bona cælestia: & de-
 siderium, studium, cursum, certamen, omnem virtu-
 tis statum, esuriem & sitim ad bonum quotidie cumu-
 latius addit, non remissior effectus à vitiosis cogita-
 tionibus cum anima existentibus, & in contemptum,
 impatientiam, & desperationem conuersus: aut con-
 tra, pretextu longanimitatis, socordię seipsum dedit,
 hac vtens cogitatione, nempe, Quando gratiam dei
 consequar? inde per vitium subtractus ad negligen-
 tiā. At verò quanto magis ipse dominus differen-
 do patienter agit illius gratia, probans fidem & dilec-
 tionem voluntatis eius: tanto ardenter & accura-
 tius citra penuriam & fatigationem quærere debet
 donum dei: semel credens ac certò sibi persuadens,
 deum nō mentiri, sed veracem esse, qui pollicitus est,
 se daturum gratiam suam petéribus in fide cum omni
 patientia vsque in finem. Fideles enī animæ deum
 fidelem ac veracem existimant, & signauerunt, quia
 Ioā.3.1. verax est, vt sermo verus habet. Consequenter igitur
 ad eam, de qua ante dictum est, fidei noritiam exami-
 nant seiphas: quorundam, quantum possunt, labore,
 pugna, studio, fide, dilectione, aut reliquo virtutum
 ordine penuriam patiuntur: & cùm omni subtili
 diligentia se discutiant, seiphas compellunt pro viribus
 & vim inferunt, vt domino sint gratissimæ: quia se-
 mel crediderunt, deum, vt pote veracem, non priuatu-
 sum illas dono spiritus, si permanescint vsque ad finē

in cultu & expectatione ipsius cum omni diligentia: sed gratiam cælestem merebuntur vel adhuc in carne existentes, & vitam æternam consequentur. Quo fit, ut omnem dilectionem suam erga dominum moueāt, renuntiantes omnibus, hunc solum summo cum desiderio, esurie & siti sperant: recreationem & consolationem gratiæ semper expectantes, in nulla re huius mundi libenter consolationem accipiunt, requiescūt, aut deuinciuntur: verùm crassis cogitationibus perpetuò repugnantes, opem & remunerationē dei dum taxat expectant: cùm animis huiusmodi studio, proposito & patientia præditis, iam occultè præsens sit dominus, opituletur, conseruet & suffulciat omnem virtutis fructum: ac licet in labore sint & afflictione, in cognitione veritatis & illustratione animæ, nō dum tamen acceperūt gratiam spiritus, ac recreationem doni cælestis, nec plenè senserunt eam, propter secretam sapientiam ac inenarrabilia iudicia dei, qui variis modis probat fideles animas, & dilectionem à voluntate & intētione proficiscentem, diligenter cōsiderat. Nam intentionis libertà spontaneaque amoris ac studij, quantū datur, erga omnia sancta eius mandata quidam sunt termini, mensuræ ac trutinæ. Itaque animæ, quæ amoris atque officii sui mensuram implet regnum & vitam æternam merentur. Iustus enim est deus, & iusta iudicia eius, neque personarū acceptio est apud illū: sed pro modo beneficiorū collatorum tam corporis quam spiritus, siue scientiæ, siue intellectus aut discretionis (quæ etiam variè deus indidit humanæ naturæ) iudicaturus vñunquenque,

Sap. 6. a virtutis fructus exiget, ac pro dignitate reddet cuique
 „ iuxta opera eius : potentesque potenter tormenta pa-
 „ tentur. Minimus siquidem misericordia veniaque di-
 Lk. 12. f. gnus est. Ait enim dominus, Seruus qui cognouit vo-
 „ luntatem domini sui, & non fecit, vapulabit multis,
 „ qui autem non cognouit, & fecit digna plagiis, vapu-
 „ labit paucis. Et cui commendauerunt multum, plus
 „ petent ab eo. Scientiam autem & intellectum diuer-
 so modo intelligit, tam secundum gratiam & donum
 celeste spiritus quam secundum naturalem progres-
 sum intellectus, discretionis, aut est scripturis diuinis
 sumptuæ eruditionis. Siquidem ab uno quoque exigen-
 tur fructus virtutis, habita ratione beneficiorum a deo
 sibi collatorum, seu naturalium, seu gratia diuina do-
 natorum. Quare inexcusabilis est omnis homo apud
 deum in die iudicii. A quolibet enim prout nouit, fru-
 ctus fidei, charitatis, omnisque sibi donatae virtutis,
 habita voluntatis & intentionis ratione, reciproca
 petetur restitutio, siue per auditum nactus sit, siue nu-
 quam audierit verbū dei. Nam fidelis & veritatis amans
 anima, quem perpendit æterna bona iustis deposita, be-
 neficiūmque ineffabile venturæ gratiæ diuinæ: seipsum
 suumque studiū, laborem & fatigationē, indignā du-
 cit arcanis promissionibus spiritus. Hic pauper est spi-
 ritu, quem dominus beatum prædicat: hic esurit & sitit
 iustitiæ: hic contritus est corde. Qui tale suscipiunt pro-
 positū, studium, laborem, desideriūmque virtutis, &
 in eo ad finem usque permanēt, vitæ ac regnum perpe-
 tuum consequi verè poterunt. Ne quis igitur fratrum
 extollatur aduersus fratrem, neve seductus à vicio,

existimatione sui offendat, inquiens, En, ego népe domum spiritale nactus sum. Non decet hęc animo versare Christianos. Ná quid ei allatura sit crastina dies, ignoras: nescisque quis illius finis, & quis tuus futurus sit. Verùm quisque sibiipſi attendens, proptiam conscientiam assiduè discutiat, ac probet opus cordis sui, quo studio, quóve erga deum conatu sua mens affecta sit: & expendens perfectum scopum libertatis, vacuitatis affectionum & quietis spiritalis, sine intermissione & socordia currat, nullo in dono aut iustificatione collocata fiducia. Gloria & adoratio patri, & filio, & spiritui sancto, in secula. Amen.

EX SPIRITU SANCTO

RENASCI DEBET ANIMA,
dei regnum ingressura: & qui hoc fiat.

HOMILIA XXX.



EBENT qui verbum audiūt, verbum in suis ipsorum animis opus verbi demonstrare. Nam verbum est ocio dei non est ociosum, sed habet sum sed opus quod peragit in anima: efficax. proinde appellatur opus, vt opus quoque apud eos inueniatur, qui audiunt. Præstat ergo dominus opus veritatis audientibus, vt verbum in nobis fructuosum reperiatur. Quēadmodū enim umbra præcedit corpus, umbra vero corpus indicat, at vero

Sunule
 ritas est ipsum corpus: ita verbū est velut umbra veritatis Christi. porro verbum antecedit veritatē. Patres qui degunt in terra, ē sua ipsorum natura, ē corpore suo & anima, gignunt liberos: natōsque totis viribus, vt filios suos, diligenter erudiunt, donec perfici virti euadant, successores etiam ac hæredes. In primis enim patrum scopus omnēque studium in eo versatur, vt procreent liberos, & hæredes habeant: qui si nō genuerint, summo dolore afficiūtur ac mœrores sicuti contra lətantur, vbi filios habuerint: gaudent etiam cognati & vicini. Ad eundem modum dominus noster Iesus Christus de humana salute solitus, dispensationem omnem studiūmque, à principio, patrum, patriarcharum, legis, ac prophetarum ministerio peregit: postremò etiam ipse veniēs, spreta crucis ignominia, mortem pertulit: totusque labor ille & studium eius in eo fuit, vt ex seipso, ē sua ipsius natura procrearet filios ē spiritu superno, pergratum habens si nascerentur ē sua deitate. Et quo modo patres isti, nisi genuerint, anguntur: sic etiam dominus, qui dilexit hominum genus ut proprium sanguinem, voluit eos ex ipso semine diuino producere. Si qui ergo venire recusauerint ad talem generationem, & de ventre spiritus diuini nasci, dolorem non modicum suscipit Christus, qui illorum causa passus est, ac pertulit, vt eos seruaret. Omnes enim homines vult dominus hanc nativitatem adipisci: quia mortuus est pro omnibus, omnēsque vocauit ad vitam. Vita autem est, desuper ex deo generatio, sine qua vivere nequit anima, vt inquit dominus, Nisi quis renatus fuerit desuper, non

per, non potest videre regnum dei. Ut ediuerso, quicū
que domino crediderint, & accedentes nativitatē
hanc consecuti fuerint, gaudiū & exultationem sum-
mam in cælis ingerunt parentibus, qui genuerūt eos.
Cuncti denique angelī sancti & que virtutes lētantur
de anima, quæ de spiritu nata est, & effēcta spiritus.
Hoc enim ipsum corpus est animē similitudo: anima
verò imago spiritus existit. Ac sicuti corpus absque a-
nima mortuum est, non habens facultatem aliquid a-
gendi: sic etiam anima, sine anima cœlesti, absque spi-
ritu diuino, quoad regnum mortua est, nec potest age-
re quicquam eorum quæ pertinent ad deum, citra spi-
ritum. Qua enim ratione statuarius attendit faciem *similitus*
regis, tum pingit: ac si ex aduerso sita sit facies regis, *do ele-*
intendens in ipsum pictorem, facile pulchreque illā *gans.*
faciem depingit ad viuum: sin autem vultum auertat,
nequit pingere, quia fixis oculis pingentem nō intue-
tur: ita pīctor insignis Christus, credentibus ei, fixe-
que prorsus intendentibus in eum; confessim ad ima-
ginem suam depingit hominem cœlestem, ex ipso spi-
ritu, ex hypostasi ipsius luminis ineffabilis pingit ima-
ginem cœlestem: cui donat pīclarum & bonum il-
lius sponsum. Si quis ergo spretis omnibus non obni-
xē intucatur illum, nequaquam dominus suo ipsius
lumine pinget imaginem suam. Quapropter oportet
nos qui credimus & diligimus illum, & abiectis om-
nibus attendimus illi, immotis oculis eum intueri: ut
suam ipsius imaginem cœlestem pingat & insculpat
animis nostris: quò sic gestantes Christum adipiscam-
ur vitam æternam, & iam ex hoc seculo certiores

Simele facti quiescamus. Veluti moneta aurea, nisi insculptam habuerit imaginem regiam, non expenditur in mercaturam, nec reconditur in thesauros regios, sed reiicitur: ita quoque anima, quæ non habuerit imaginem spiritus cælestis in lumine arcano, Christum in se insculptum, non est idonea thesauris supernis, & repellitur à mercatoribus regni, præclaris apostolis. Etenim qui inuitatus fuerat, non indutus veste nuptiali, tanquam alienus expulsus est in tenebras exteriores, eo quod non gestaret imaginem cælestem. Istud enim est signum domini impressum animis, nempe spiritus arcani lumenis. Et quemadmodum mortuus inutilis est, nec iuuat prorsus eos qui hinc viuunt, proinde efferunt illum extra urbem, & mandant humo: sic anima, quæ non gerit cælestem diuinæ lucis imaginem, utpote vitam animæ, reproba fit, & planè reiectia. Anima siquidem mortua, quæ non gestat lucidum ac diuinum spiritum, ciuitati illi sanctorum non est idonea. Quia sicut in mundo vita corporis est anima: sic & in perpetuo cælestique mundo spiritus diuinus est animæ vita. Quocirca conuenit, indagatorem credere, & accedere ad dominum, inuocare, ut ex hoc seculo consequatur spiritum diuinum: cum ipse sit animæ vita, eaque de causa dominus venerit, ut hinc animæ vitam continent, ferret spiritum suum. Dum enim lucem habetis, inquit, credite in lucem. Venit nox, quando nemo potest operari. Si quis ergo non exquisierit hinc, & Quid adeptus fuerit vitam animæ, diuinum lumen spiritus

tus, migrans è corpore, iam segregatur in sinistra te- cedentes
nebrarum loca, in regnum cælorum non ingrediens, saluatur
sortitus finem in gehenna cum diabolo & angelis e-
ius. Aut sicut aurum vel argentum iniectum igni, pu- S. mu. le.
rius & probatius efficitur, nec à quacunque re mu-
tatur, vel ligno, vel herba: omnia enim quæ appli-
cantur ei, absuntur, quia vertuntur in ignem:
eodem quoque modo anima in igne spiritus & lu- anima
mine diuino volutata, nihil damni patitur à quo-
quam improborum spirituum: quod si quid acce-
dat ad illam, consumitur ab igne cælesti spiritus. Aut S. mu. le.
veluti volucris quæ in altum volauerit, secura est,
aucupes aut nocentes bestias nihil metuens, quia,
cum suprà sit, omnes habet risui: sic anima alas spi- anima
ritus adepta, ac in sublimes cæli partes euolans, cum
sit excelsior omnibus, omnia deridet. Itaque Istræli-
tæ quidem secundum carnem, cum tunc Moses sci-
disset mare, deorsum traiecerunt: hi verò, cum sint
filii dei, sursum deambulant super acerbissimum ma-
re, potestatum peruersarum. Nam illorum corpus &
anima facta sunt domus dei. Die illa qua lapsus est
Adam, accessit deus deambulans in paradiſo: luxit,
vt ita dicam, vbi vidisset Adamum, ac dixit, Qui-
bus è bonis talia excitasti mala? Et qua gloria talē ge-
ris ignominiā? Cur tenebrosus es modo? Cur aspectu
teter? Cur exoletus? Quali ex lumine tales te obuela-
uerunt tenebrae? Cum itaque cecidisset Adam, &
à facie domini mortuus esset, luxit illum crea-
tor, angeli, virtutes omnes, cæli, terra, cunctæque
creatraræ luxerunt mortem & casum illius: quia vi-

derunt eum qui rex erat datus illis , factum esse seruum
 aduersariæ peruersæque potestatis. Suam igitur ip-
 sius animam tenebris induit, tenebris inquam acerbis
 ac diris, cum regi cœperit à principe tenebrarū. Is e-
 rat, qui descendens ab Ierusalem in Iericho, vulnera-
 tus est à latronibus, ac semimortuus relictus. Quine-
 tiā Lazarus excitatus à domino, fœtore non modi-
 co plenus, ita ut monumento nemo appropinquare
 posset, erat Adami figura, qui grauis odoris multum
 asciuit animæ, & caligine tenebrisque obrutus fuit.
 Porrò tu cum audieris de Adamo, de vulnerato, &
 Lazaro, ne velut in montes dissoluas animum tuum,
 sed intus in anima tecum habita: quia tu quoque ea-
 dem gestas vulnera, fœtorem eundem, ac easdem te-
 nebras. Omnes enim filii sumus obscuri illius gene-
 ris, omnésque eiusdem grauis odoris participes su-
 mus. Quia igitur affectione laborauit Adam, eadem
 omnes affecti sumus, qui ex illius semine descendim-
 us.

Esa. I. 4. Talis enim contigit affectio, ut Esaias inquit, Nō
 " est vulnus, non est cicatrix, non est plaga que sanem
 " emittat. Non datur fomentum apponere, vel oleum,
 " nec obligaturam facere. vulnere vsqueadè incur-
 bili sauciati fuimus, quod solus dominus curare po-
 tuit. Hanc enim ob causam ille ipse venit: quia nemo
Adhor-
latio pi-
ißima. ex antiquis, nec lex ipsa, neque prophetæ sanare po-
 tuerunt illud. Solus ille veniens curavit plagam illam
 animę non curabilem. Quare suscipiamus ipsum deū
 ac dominum, medicum verum: qui solus accedens sa-
 nare potest animas nostras, quique nostra causa labo-
 rauit vehementer. Pulsat enim perpetuò fores cordiū

nostrorū , vt aperiamus ei: qui ingressus requiescat in
 animis nostris: cuius etiam pedes abluamus & vngam-
 mus: qui mansionē quoque faciet apud nos. Siquidē
 illic exprobrait dominus ei qui nō lauerat pedes il-
 lius. Et iterum alibi dicit, Ecce, sto ad ostium , & pul-
 so, Si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum. Nam pro-
 pterea multa perpeti voluit, suo ipsius corpore morti
 tradito, nobisque redemptis à seruitute, ut ventiens cō
 moraretur apud animam nostram. Quocirca domi-
 nus ait illis, qui stantes à sinistris in iudicio mittun-
 tur ab eo in gehennam cum diabolo, Hospes eram, &
 non collegistis me. Esuriui, & non dedistis mihi man-
 ducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum. Esca enim,
 potus, indumentum, domicilium , & requies eius est
 in animis nostris. Quapropter assidae pulsat, volens
 ad nos ingredi. Excipiamus ergo illum , & intra nos
 introducamus: quia ipse quoque noster est cibus, vita,
 potus, & vita æterna. Quæcunque itaque anima non
 susceperebit illum intus modò, ac requieuerit, imò po-
 tius in ipso refocillata fuerit, hæreditatem in regno
 cælorum cum sanctis non consequitur, nec potest in
 ciuitatem cœlestē ingredi. Ipse verò domine Iesu Chri-
 ste introduxit nos in illam, gloria prosequentes no-
 men tuum, cum patre, & sancto spiritu , in secula.
 Amen.

Apo. 3. d

Mat. 25.

d.

FIDELIS ANIMO MV-

TARI DEBET, ET IN DEVUM COL-
ligere cogitationes omnes: à quibus verè dependet obse-
quium diuinum.

HOMILIA XXXI.



*Summa
annua*

R E D E N T E M á deo postulare conuenit, ut immutetur intentione sua per mutationem cordis ab acerbitate in dulcedinem immutata: ac in memoriam reuocare, quo pacto sanatus est cæcus: itidem quæ sanguinis fluxum patiebatur, tacta fimbria vestimenti, sanitatem est adepta: leonum natura mansuefacta est, & ignis extincta natura. Nam deus summum bonum est: in quem mentem & cogitationes colligere debes, aliudque nihil animo complecti, quām expectationem eius. Sit igitur anima, veluti quæ filios errantes cogit, & castigans cogitationes per peccatum dissipatas inducat in domum corporis sui, semper expectans dominum, cum ieiunio & dilectione, quando veniens verè colligat eam. Cum autem futurum sit incertum, eo amplius speret, in gubernatore spe rectè collocata: ac recordetur, quomodo Raab cum alienigenis agens, credidit Israëlitis, eorumque societate dignata est: Israëlitæ verò desiderio reuersi sunt in Ægyptum. Quem-

admodum ergo ipsi Raab nihil nocuit habitare cum ^{5,11,11}
 alienigenis, sed fides eam reddidit idoneam partibus
 Israëlitarum: ita peccatum minimè lædit eos qui in ^{per corr. h. 11,11}
 spe & fide redemptorem expectant, qui veniens im-
 mutat cogitationes animę, eásque facit diuinias, cæle-
 stes, & probas, ac docet animam veram precandi ra-
 tionem, non distractam nec errabundam. Ne timeas, ^{Esa. 43.}
 inquit, ego ante te ibo, & montes adæquabo, portas ^{4.}
 æneas conteram, & vectes ferreos confringam. Et
 rursum, Attende tibi ipsi, ait, ne quando verbum abs-
 conditum in corde tuo fiat iniquitas: ne dicas in cor-
 de tuo, Gens hæc numerosa est & potens. Sinon te-
 neamur ignauia, nec pabula præbeamus inordina-
 tis vitiorum cogitationibus, sed sponte nostra traha-
 mus animū, & compellamus cogitationes ad domi-
 num: proculdubio dominus spōte sua veniet ad nos,
 & re vera nos ad seipsum colliget. Omnis enim ani-
 mi gratitudo atque obsequium consistit in cogitatio-
 nibus. Quare da operam, ut placeas domino, conti-
 nenter expectans eum interius. Quærito illum in co-
 gitationibus, & vi adigas & compellas tuam ipsius <sup>Obse-
quiūdī-
uinū pē
det à co-
gitatio-
nibus.</sup>
 voluntatem & intentionem in illum semper dirige-
 re: ac perpende, qua ratione venit ad te, & mansio-
 nem apud te facit. Siquidem quanto diligentius col-
 ligis mentem tuam ad inquirendum eum, tanto vehe-
 mētius illius plena miserationū affectio atq; benigni-
 tas eū cogit, ut veniat ad te, & te reficiat. Nā fixus in-
 tuetur animum tuum, cogitationes, ac meditationes,
 considerans quo pacto quæras eum, an ex tota anima
 tua, an non segniter, an nō negligenter. Qui cum per-

Spixerit studium quo duceris ad inuestigandum illū, tum emergit, & appetet tibi, opem suā impetrat, vi-
ctorem te constituit, ac liberat ab hostibus tuis. In spe
cto enim prius tuo quērendi illum desiderio, & ut in
illo totam fiduciam sine intermissione collocas: docet
ille, suppediatque veram precandi facultatem, ve-
ram charitatem, qui est ipse apud te factus omnia, pa-
radisus, lignum vitæ, margarita, corona, architectus,
agricola patibilis, impatibilis, homo, deus, vinum, a-
qua viuens, ouis, sponsus, bellator, arma, omnia in om-

Simele

nibus Christus. Itaque sicuti pusillus seipsum curare
velornare non nouit, sed flens duntaxat oculos in ma-
trem conuertit, donec misericordia mota excipiat il-
lum: ita fideles animæ soli domino perpetuò fidunt,

omnem illi tribuentes iustitiam. Quia sicut sine vite

Idem

palmes arescit: eodem etiam modo, qui citra Christū

Post

vult iustificari. Et quo modo fur est & latro, qui per

Simele

ingressum non intrat, sed ascendit aliunde: ita qui si-

ne iustificat seipsum iustificat. Proinde tollamus cor-

pus nostrum, ac ædificemus altare, cui superimponam-

us omnes cogitationes nostras, rogemusque domi-

num, vt è cælo mittat inuisibilem & summū ignem:

qui absumat tū altare, tum omnia quæ in eo sunt, cù-

ctique sacerdotes Baal (quæ sunt aduersariæ potesta-

tes) ruant. Ac tum sentiemus spiritalem pluiam ve-

lut hominis vestigium venientem in animam: ita ut

impleatur in nobis diuina promissio, qua dictum est

Amos. 9

apud prophetam, Erigam, & reædificabo tabernacu-

” lum Dauid, quod collapsum est: & diruta eius reædi-

ficabo: ut sua benignitate dominus illustret animam

in nocte, in tenebris, in ebrietate denique ignoratio-
nis agentem: quæ ex pergefacta sine offendiculo am-
bulat, per agēs diei virē que opera. Ibi siquidem alitur
anima, vbi edit: siue de hoc ipso seculo, siue de spiritu
divino: ibique deus enutritur, viuit, requiescit, & ver-
satur. Cæterū si velit, quisq; probare seipsum potest,
vnde nutriatur, vbi viuat, & apud quos degat: vt hac
ratione cùm intellexerit, & exactam discernendi fa-
cilitatem fuerit adeptus, toto feratur impetu ad id
quod bonum est. Porrò dum precare, attēde tibi ipsi,
mature obseruans cogitationes & operationes, vndé-
nam sint, à deo, an ab aduersario: quisve cordi præ-
beat alimentum, dominus, an principes mundi & se-
culi huius. Et vbi probaueris & cognoueris ô anima,
postula à domino cum labore & desiderio cibum cæ-
lestem, incrementum & operationem Christi: iuxta
id quod dictū est, Nostra autem conuersatio in celis
est: non in typo & figura, vt quidam existimant. Nam
ecce animus & intellectus eorum qui solam pietatis
habent speciem, similis est mundo: ecce concussio &
perturbatio voluntatis eorum, inconstans animus, ti-
miditas, metus, non procul ab eo dicto, In augustia &
tremore eris super terram. Siquidē infidelitate & in-
constantium cogitationum confusione quāto tempo-
re perturbantur, vt reliqui omnes homines? Specie te-
nus dūtaxat & hominis externi corporea prosperitate,
non etiam animi sententia, discrepant à mundo: cū
cordis & animi voto volutentur in mundo, & laqueis
terrenis inutilium que curarum detineātur, pacem cæ-
lestem non habentes in corde, quemadmodū aposto-

phil.3.d

Simile
hypocrita

Gen.4.b

Coloff. „ Ius ait, Et pax dei exultet in cordibus vestris : quæ re-
 3.c. „ gnat ac renouat fidelium animos in dilectione dei &
 „ omni fraternitate. Gloria & adoratio patri, & filio, &
 spiritui sancto, in secula. Amen.

GLORIA CHRISTIA-

NORVM MODO LATET IN ANI-
 mæ eorum, quæ resurrectionis tempore emerget, & illu-
 strabit corpora, pro suo quæque modo.

HOMILIA XXXII.

AR IÆ sunt huius mundi lin-
 guæ. Quilibet enim populus
 propriam linguam habet: Chri-
 stiani verò vel nunc vnam lin-
 guam ediscunt, cunctique sub
 vna sapientia erudiūtur, nempe
 sapientia dei, non huius mun-
 di, neque huius seculi præter-
 euntis. Ac licet in hoc mundo creato ambulent Chri-
 stiani, sumpta tamen ab his conspicuis occasione, inci-
 dunt in nouas visiones cœlestes, in gloriam, & in my-
 steria. Mansuetorum animaliū genera sunt, equus &
 bos: horum vnumquodq; proprium habet corpus &
 propriam vocem. Idē in bestiis: leo propriū corpus ha-
 bet, vocem propriam: itidem & ceruus. In reptilibus
 quoque diuersitas non parua. Necnon in volatilibus
 multiplicia sunt corpora. Aliud corpus & vox est a-



quilæ, & aliud corpus & vox^{*} oxypteri. Eadem repe-
 riuntur in mari corpora multa, inter se dissimilia. In * *Genus*
 terra etiā multa sunt semina: nihilominus vñū quod- *est acci-*
 que semē habet peculiarē fructum. Cūmque sint arbo- *pitrīs.*
 res permultæ, sunt tamē altiores quædā arbores, aliæ
 verò humiliores. Ipsi quoq; fructus autumni multum
 discrepant, cum eorū quilibet suū habeat gustū. Sunt
 & inter herbas discrimina multa: hæ quidē conferūt
 ad sanitatem, illę verò duntaxat ad odoris suavitatē.
 Porrò arborum vnaquæq; gestat intus quæ videmus,
 indumenta, folia, flores, & fructus. Itidē semina gerunt
 interius ornamenta conspicua. Lilia quoq; ferunt in-
 trinsecus tegmina, & exornant herbam. Ad eundem
 modum è numero Christianorū quicunque iam hinc
 consequi meruerint cælestem amictum, illum habent
 in animis suis commorantem. Et quoniam præfinitū
 est à deo, vt dissoluatur hæc creatura, atque cælum &
 terra transeant, amictus cælestis ex hoc iam tempore
 regens & illustrans animam, quem quidem in corde
 possident, ille etiam nuda corpora, quæ resurgent è
 sepulchris, in illa die, cum excitabuntur corpora,
 illa videlicet circundabit gloria: illud inquam do-
 num & indumentum inuisibile ac cæleste, quod hinc
 modo consequuntur Christiani. Quemadmodum au-
 tem oues aut camelī nacti fœnum, voraciter & ce-
 leriter accedunt ad pabulum, alimentūmque sibi re-
 condunt: & dum esuriunt, illud ipsum è vetriculo re-
 uocant, ac ruminant, habéntque alimenti vice quod
 antea reconsiderant: ita nunc etiā quicunq; regnū cę-
 lorum rapuerunt, & viuentes in spiritu gustauerunt *Imme*
Judas

escam cælestem, resurrectionis tempore eundē habēt
^{Simile} regentem & fouentem illorum omnia membra. Sicut
 ergo diximus, inter semina discriminēt esse: quia semi-
 na multiplicita in eandem terram missa diuersos refe-
 runt fructus, nullatenus inter se similes: itidem de ar-
 boribus, quasdam esse proceriores, alias minores, vna
 autem terram radices omnium complecti: sic ecclesia
 cælestis, cùm sit vna, numerari nequit: quisque verò
 peculiariter exornatur à gloria spiritus. Nam sicut a-
^{Simile} ues pennarum indumenta producunt è corpore suo,
 quæ alioqui multum inter se differunt: eo quod quæ-
 dam proprius terram volant, aliæ perūt aëra: aut sicuti
 cælum vnum est, multas in seipso habens stellas, quas-
 dam splendidiores, alias maiores, alias autē minores,
^{Beati} vniuersæ tamen in cælo fixæ sunt: ad hunc modū san-
 ctæ in uno cælo diuino, & inuisibili terra variis mo-
 dis plātati sunt. Similiter quæ obueniūt Adæ cogita-
 tiones diuersæ sunt: at spiritus ad cor accedens, cogi-
 tationem vnam & vnum cor efficit: quia qui tursum
 sunt, & qui deorsum, ab uno reguntur spiritu.
 Quid verò sibi volunt animalia vngulam diuiden-
 tia? Siquidem duobus vnguisbus celeriter viam con-
 ciunt: posita sunt in figuram eorū qui in lege rectè am-
^{Simile} bulant. At quomodo corporis umbra ortum habet ab
 ipso corpore, carnis tamen officium implere nequit:
^{Ceterum} nam alligare vulnera, escam præbere, vel loqui, non
 potest umbra, et si manat à corpore, præcedensque de-
 clarat corporis præsentiam: eodem modo lex vetus est
 umbra noui testamēti: prænunciat autē umbra veri-
 tacem, non tamē suppeditat spiritū. Nō poterat enim

Moses carnem indutus penetrare cor, & auferre sordida vestimenta tenebrarum: sed spiritus duntaxat à spiritu, & ignis ab igne tollit vim peruersæ caliginis. Itaque circuncisio quæ vigebat in umbra legis, innuit appropinquantem veram cordis circumcisionē: & baptisma legis, est umbra rerū verarum. Quoniam illuc abluebat corpus, hīc autē baptismus spiritus & ignis purgat & abluit sordibus infectum animum. Illic sacerdos circūdatus infirmitate ingrediebatur in sancta, of fetens hostias, tum sui ipsius, tum populi causa: hīc autem verus pontifex Christus semel ingressus est in tabernaculum non manufactum, & supernum altare, paratus eos purgare, qui postulauerint ab eo, & inquietas conscientias. Inquit enim, Vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Habebat in pectore pōtificis duos lapides preciosos, continentes nomina duodecim patriarcharum. Quod illuc siebat, est figura: quia sic etiam dominus duodecim apostolis amictus, misit eos ut euangelistas & precones vniuersi mundi. Vides, quemadmodū umbra proximè veritatem indicet? Porrò sicut umbra nihil cōfert, nec medetur laboribus: sic antiqua lex, animæ vulnera molestiasq; sanare non potuit: quia vitam non habebat. Duæ enim personæ copulatæ rem quampiam perfectam redunt: verbi gratia, duo testamenta. Homo factus est ad imaginem & similitudinem dei: duos habet oculos, duas nares, duas manus, & duos pedes: cui si contingat monoculum esse vel mancum, vel altero pede carere, quasi culpandus habetur. Aut veluti volucris unicam habens alam, hac sola volare non potest: sic S. mule velut ex humeris.

etiam natura humana si nuda per se maneat, & non manifestetur ac particeps fiat naturae caelestis, nihil praeclarum efficit: sed nuda manet in sua natura & sordibus multis, reprehensioni obnoxia. Ipsa enim anima, dei templum ac domicilium & sponsa regis denominata est.

Leuit. » Siquidem ait, Inhabitabo in illis & in ambulabo. Ita

26.b. deo placuit, ut descendens e celis sanctis naturam tuam

2.Corin. rationalem assumeret carnemque terrenam, quam cum

6.d. spiritu suo diuino contempnerat: quod tu quoque ter-

Quomo renus animam caelestem susciperes: cumque anima tua spi-

do homo ritui copulata esset, & anima caelestis animam tuam

perfectus ingressa, tum homo perfectus in deo, haeres & filius

euadit. esset. At verò quomodo maiestatem dei incomprehē-

Simele samque naturam eius, neque superiora secula capiunt,

humilitas neque inferiora: ita humilitatem dei, quā ve ratione

cum simplicibus & paruis se demittit, nec superiores

nec inferiores mundi consequi possunt. Ut enim ma-

gnitudo eius non comprehenditur, ita nec humilitas

eius. Contingit itaque, ut si deus cum dispensatione per-

mittat te subiici tribulationibus, passionibus, & sti-

gmatibus, aliisve quae putas aduersa, haec animae tue

gratia fiant. Si in mundo versari constitutas & ditesce-

re, omnia tibi succedunt infeliciter: tum incipis apud

te ipsum ratiocinari, Quia non fui voti cōpos in mun-

do, decedo ac renūcio, deoque inseruiam. Deinde cum

Matt. » huc peruenieris, audis praeceptum, quo dicitur, Vede

19.c. » quae habes, odio prosequitor carnale commercium:

inseruito deo. Tu incipis gratias agere de aduersa for-

tuna quam passus es in mundo, inquiens, Sanè illius oc-

casione reperior obsequi mādato Christi. Supereist, ut

cum ex parte mutaueris animū tuum quantum ad res
 externas, relicto mundo & societate carnali: ita quo-
 ad ea que spectant ad animum immuteris à sapientia
 carnis in cælestē sapiētiam. Deinceps ex eodē auditu
 discretione pollere īcipes, nec vltrā quiesces: sed hoc
 curabis solū & elaborabis, vt cōsequare quod audie-
 ris. Cūm existimaueris te peregisse omnia, quia renun-
 ciaueris, loquetur tecū dominus, Quid gloriaris? Nō-
 ne corpus tuum & animā ego creavi? Quid tu fecisti?
 Incipiet anima cōfitendo deprecari dominū, ac dice-
 re, Nempe tua sunt omnia: domus in qua habito, tua
est: indumenta mea, tua sunt: beneficio tuo nutrior, &
 abs te gubernor, prout omnino expedit. Tum ad hæc
 dicere dominus incipiet, Habeo tibi gratiā: opes tuæ
sunt: voluntas bona tua est, ob tuum in me amorem.
Quoniā ad me confugisti, accede: dabo tibi præterea
quæ nec tu hactenus possedisti, nec habent qui super
terrā sunt homines. Accipito me dominum tuum cū
 anima tua, vt perpetuò mecū latetetur & exultet. Nam *Sime* *Le*
 sicut mulier viro despōsata, præ sūmo amore, omnes
 facultates suas dotémque vniuersam offerens, proiicit
 in manus viri, hiscē verbis, Nihil habeo, quod sit meū:
quæcunq; possideo, tua sunt: etiā dos est tua, & anima *anima*
mea, itémq; corpus meū tuum est: ita téperans anima *Discipli*
est virgo domini, societatē habens cū sancto eius spiri *na mili-*
tu. Verū quia ratione cū venisset ille super terrā, passus *ti&c Chri-*
est & crucifixus: sic te simul pati conuenit. Itaq; vbi *fiana.*
 recesseris à mundo, ac cœperis querere deū & disser-
 nere, reliquū est, vt pugnes cū natura tua, cū antiquis
 moribus, cū innata tibi cōsuetudine. Ac dū luctaberis

aduersus cōsuetudinē, reluctātes tibi inuenies cogitationes, repugnātes animo tuo: quē quidē cogitationes trahēt te, & euagari te faciēt circa ea quæ subiacēt oculis vnde exiūisti. Tū incipies certare ac bellū gerere, cogitationes mouens aduersus cogitationes, mentem cōtra mentē, animam aduersus animam, spiritum cōtra spiritum. Illic etiam æterna p̄ræsto est anima. Latet enim occulti quædā & subtilis facultas tenebrarum, insidens cordi. Dominus quoque non procul extensis ab anima & corpore tuo, spectator est certaminis tui: qui secretas cogitationes cælestes ingerit tibi, & clām te refocillare incipit: dimittit autē te, donec erudiaris, & in ipsis afflictionibus gubernat te gratia: quæ vbi quieueris à pugna, tibi seipsum aperit, & declarat se commodi tui gratia permisisse, vt exerceare.

Simile Veluti cùm locupletis viri puer habuerit pædagogū, tandem loris cædit ille puerum, castigatiōque, vulne-

De vera & plagæ grauia illi videntur, donec euadat in vi-

rum: quo tempore pædagogo gratias agere incipit: haud aliter gratia cum dispensatione instruit, donec

Simile ad annos perfecti virti peruenias. Agricola semen in

quamcunque quamcunque partem iacit, & qui plantat vineam, de-

Desus siderat ut tota fructum afferat: posthæc ergo allata fal-

ce si non reperiat fructum, angitur: eadem ratione do-

minus minus verbum suum seminarī vult in cordibus homi-

nūm. Et quo modo mœret colonus ob agrum inanē:

ita molestè ita molestè fert dominus, si cor inane & fructibus va-

cuum inuenerit. Ut venti perflant vbiique cunctas

creaturas, sol item vniuersam terram illustrat: haud

secus secus vbiique deus est, & vbiique reperitur. Si quæras

illum

illum in cælis, illic inuenitur in animis angelorum: si
illum quæras in terra, h̄ic quoque reperitur in cordi-
bus hominum. Cæterūm ē multis pauci reperiuntur
deo grati Christiani. Gloria & magnificentia patri, &
filio, & spiritui sancto, in secula. Amen.

Q V A M A T T E N T E D I-
L I G E N T E R Q V E P R E C A N D V M
ſit. HOMILIA XXXIII.

PRECARI debemus, non
ex ritu corporeo, neque pro mo-
re vociferandi, aut ex consue-
tudine tacendi, genuā ve fle-
ctendi: sed diligenter animum
attendentes, expectare debe-
mus deum, quando aderit &
visitabit animam per omnes e-
gressiones, per semitas eius, ac sensuum organa: &
ita doceat, quando tacendum sit, quando clamandū
& cum vociferatione deprecandū, modò mens sit in
deum firmata. Ut enim corpus cum operatur quippiā
totum prorsus occupatum incumbit operi, cunctāq;
ipsius membra se mutuò iuuant: eodem modo anima
tota penitus deuoueatur domino, postulationi & cha-
ritati: quæ nō vagetur, neq; circumferatur cogitatio-
nibus, & spem in Christo collocatā habeat. tū illuce-
scet ille, verāmque docebit petendi rationem, & sup-
peditabit orationem puram, spiritalem, & deo dignā,

Q

& quæ sit in spiritu & veritate adorationem. Portò
^{Smule} sicut is qui mercatoriam artem elegit, non vnicum
 duntaxat luctandi genus excogitat, sed qua ratione
 vnde cunque augeat & cumulet: & ab hac in aliam
 traducitur industriam, & inde aliud iter arripit: ac
 transiliens semper ab eo quod nihil confert, currit ad
 id quod est quæstuosius: haud secus etiam nos ani-
 mam nostram variè necnon artificiose præparabi-
 mus, quò verum ac magnum luctum consequamur,
 nempe deum: qui doceat nos in veritate precari. Hoc
 enim pæsto requiescit dominus in bono animæ pro-
 posito, constituens illam thronum gloriae, insidens &
 conquiescens in ea. Nam hoc ipsum etiam apud Eze-
 chielem prophetam audiuimus, de spiritualibus ani-
 malibus currui dominico subiugatis: quæ tota oculata
^{Ezec. i.}
^{& 10.} se nobis exhibet: cuiusmodi est, anima quæ deum
 portat, imò potius quæ portatur à deo. sit enim tota
^{Smule}
^{lumen} oculus. Ac veluti domus quæ præsentem habet do-
 minum, per omnia bene composita est, pulchra &
 decora: sic anima quæ dominum suum apud seipsam
 habet, & in se manentem, omni genere pulchritudi-
 nis & decoris abundat, quippe quæ dominum cum
 spiritualibus eius thesauris inhabitantem habeat &
 aurigam. Væ domui, à qua peregrinatur, cuive non
 adest dominus: quia deserta est, diruta, omni immuni-
 ditia & perturbatione plena: eo quòd illic, ex senten-
 tia prophetæ sirenes habitent & dæmonia. Siquidem
 à dono deserta, feles, canes, & omne genus sordium
 non abest. Væ animæ quæ à graui lapsu suo non resur-
 git, & habet intra se qui suadeant ei, & compellant

eath à suo ipsius sposo dissidere: qui etiam velint eius animi sensa de Christo corrumpere. Cùm autem dominus viderit eam sese pro viribus colligentem, semper dominum quætere, noctu diuque expectare, invocatèm ipsum in omni negocio, sine intermissione, quemadmodum iussit; deprecari, vindicabit illam ut pollicitus est: & cum expurgauerit eam ab omni vitio eius, irreprehensibilem & immaculatam sponsam ipse sibi constituet illam. Porrò si credis hæc esse vera, sicuti certè sunt, ipse te consule, num anima tua lumen illud ditigens eam nacta sit, veram escam & potum, qui quidem est dominus: quem si non habes, quærito noctu diuque, ut consequare. Cùm ergo solem spectaueris, vetum solem indagato: cæcus enim es. Cum lumen inspexeris, animam tuam examinato, an verum & bonum lumen adeptus es. Nam omnia ante oculos posita, sunt umbra rerum verarum ad animam pertinentium. Quia præter hunc hominem cōspicuum, est alius interior homo, & alii oculi, quos excœauit Satanus: & aures, quas surdas effecit.

Itaque venit Iesus, ad sanandum hunc interiorum hominem. Cui gloria & imperium cum patre, & spiritu sancto, in secula. Amen.

Q ii

DE GLORIA CHRISTIA-
NORVM ILLIS NON IGNOTA.
HOMILIA XXXIIII.



*Smarle
beatj*

V E M A D M O D V M oculi
corporei clarè cernunt omnia: ita san-
ctorum animis manifesta sunt & con-
spicua diuinitatis ornamenta, quibus
permixti Christiani sapiunt. Verùm
illa gloria latet oculos corporeos: cre-
denti verò perspicuè reuelatur animæ: quam domi-
nus morti traditam suscitat à peccato, non aliter quā
excitat corpora mortua: præparatque illi cælum no-
uum, terram nouam, ac solem iustitiæ: è sua diuinita-
te cuncta largitur illi. Ipse est mundus verus, terra vi-
uens, vitis fructifera, panis vitæ, & aqua viuens ut

Psal. » scriptum est, Credo videre bona domini, in terra vi-
26.d » uentium. Et iterum, Orietur timētibus dominum sol
Matt. » iustitiæ, & sanitas in alis eius. Dominus etiam inquit,
42. » Ego sum vitis vera. Et iterum, Ego sum panis vitæ. Et
Ioan. » rursum, Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei,
15.4. » fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternā. Aduen-
10.6.d rus enim domini fuit prorsus in gratiam hominis, qui
Io.4.b mortuus iacebat in sepulchro tenebrarū, peccati, spi-
ritus impuri, & peruersarum potestatum: ut nunc in
hoc seculo resuscitet ac viuificet hominē, expurget ab
omni nigredine, illuminet eum suo lumine, & operiat
eū suis ip̄sius diuinis & cœlestib⁹ indumētis. Quādo
vero corpora resurgēt, quorum antè resurrexerint &
illustrata gloria fuerint animæ: tunc illorum etiā cor-

pora parti dignabuntur gloria, & illustrabuntur cum
 anima, quæ ex hoc iam tempore lumine splenduerit
 & gloria. Dominus enim est illorum domus, taberna-
 culū, & ciuitas: domicilio cælesti, nō manu facto pro-
 tecti sunt, vt pote gloria luminis diuini, vt filii lucis ef-
 fecti. Nō sese prauo spectabunt oculo: quia sublata est
 nequitia. Nō est illic masculus, & fœmina: seruus , &
 liber. Nam omnes in naturam diuinam transmutan-
 tur, benigni, dīi, & filii dei facti. Ibi frater cum sorore
 sine ullo pudore tunc pacificè loquetur. Omnes enim
 vnum sunt in Christo, & omnes in uno lumine con-
 quiescunt. Attentus erit alter in alterum, & interea
 confessim in veritate fulgebunt, in vera contempla-
 tione luminis arcani. adeò multiplicibus figuris, mul-
 tis & variis splendoribus diuinis ornatos sese mutuo
 intuebuntur. Obstupescet unusquisque, animaduersa
 alterius gloria, & exultatione indicibili exultabit. Vi-
 des, quo p̄icta gloria dei, quæ est luminis arcani æter-
 norum mysteriorū & bonorum innumerabilium ver-
 bis explicari aut comprehendi nequit. Nō aliter quā
 in rebus conspicuis: plātas, semina, & flores terræ va-
 rios numero cōsequi nemo potest: neq; fit, vt quis me-
 tiri possit aut scire cunctas opes terræ : aut velut auiū
 per aëra volantium numerum, genera, aut varietates
 nosse non conceditur: aut qua ratione celi magnitudi-
 nem, vel situm stellarum, aut cursum earum consequi
 nō possumus: ita fieri nequit, vt enarrentur verbis aut
 explicitur infinitæ & incomprehensæ Christianorū
 diuitiæ. Nam si creaturæ istæ tanto & hominibus in-
 comprehenso sunt in numero, quanto magis qui crea-
simile
spes
sp. aux

uit & condidit illas? Debet igitur quispiam exultare
vehementius & letari de tantis opibus, tantaque ha-
reditate Christianis preparata, nempe quæ nemo re-
censere possit aut enarrare. Porro omni studio atque
humilitate accedendum est ad Christianorum certa-
men, ut inde consequi possimus diuinas illas. Siquidé
psalm. „ hæreditas & pars Christianorum est ipse deus. Domi-
nus enim, ait, pars hæreditatis meæ & calicis mei. Glo-
ria sit ei qui seipsum donat, suamque sanctam naturam
permisceret animis Christianorum, in secula. Amen.

DE SABBATO ANTI- QVO ET NOVO. HOMILIA XXXV.



N vmbra legis per Mosem da-
tae , iussit deus vnumquenque
sabbato quiescere , ac nihil a-
gere. Hoc autem præ se ferebat
figuram & vmbram veri sappa-
ti , quod animæ donatur à do-
mino. Nam anima quæ liberari
meruit ab obscœnis & sordidis
cogitationibus , verum sabbatum celebrat , & veram
quietem requiescit , ocium agens & liberata à cun-
ctis operibus tenebrosis. Siquidem illic etsi corpore
quiescebat, ut sabbatum typicum celebrarent, animæ
tamen erant nequitis ac vitiis illigatae. Hoc autem ve-
rum sabbatum est, vera requies animæ, quæ vacua est
& expurgata à cogitationibus Satanæ , & conqui-

scit in perpetua quiete & letitia domini. Quemadmo *s' mle*
 dum itaque tunc edixit, ut vel ipsa animalia ratione
 carentia quiescerent sabbato: ne bos sub iugum neces-
 satum traheretur, néve asinus grauaretur oneribus
 (siquidē etiam ipsa animalia quiescebant à duris ope-
 ribus) ita dominus cùm venisset, & verum aternūm-
 que contulisset sabbatum, recreauit animā grauatam
 & onustam oneribus iniuitatis & immundarum co-
 gitationum: quę iniqua necessariò admittebat opera,
 veluti sub acerborum dominorum seruitutem reda-
 cta: & leuauit eam oneribus ægrè tolerabilibus, va-
 nis & sordidis cogitationibus, sublatō graui iugo in-
 iustorum operum: ac refecit eā, impuris cogitationi-
 bus laboratē. Vocat enim dominus hominem ad re-
 creationem, dum ait, Venite omnes qui laboratis & *Mat. II.*
 onerati estis: & ego reficiam vos. Quæcunque itaque *d.*
 animæ credunt, & accedunt, recreat eas ab his mole-
 stis grauibus & immundis cogitationibus: quæ omni
 iniquitate vacuæ celebrant sabbatum verum, delicia-
 rum plenum & sanctum: peragunt festum spiritus, læ-
 titiæ & exultationis inenarrabilis: & ex puro corde
 seruiunt mundum & deo gratum seruitum. Istud est
 verum ac sanctum sabbatum. Quare nos quoque in-
 uocemus deum, ut ingrediamur in illam requiem: ut
 desistamus à foedis, peruersis & vanis cogitationibus:
 quò sic possimus ex mundo corde seruire deo, festum
 que spiritus sancti celebrare. Beatus ergo, qui ingre-
 sus est in illam requiem. Gloria patri, cui sic visum est,
 & filio, ac spiritui sancto, in secula. Amen.

Q. ivi

DIVERSA EST RESVR-
GENTIVM GLORIA. HOM. XXXVI.



NIMARVM mortuarū
resurrectio fit ex præsenti tem-
pore: resurrectio verò corporū,
in illa die. Atqui sicut in cælo
quæ sunt stellæ , nō sunt omnes
æquales : sed vna differt ab alte-
ra splendore ac maiestate : sic
in rebus spiritualibus, pro modo

fidei sunt promotiones in ipso spiritu , vnūsque al-
tero locupletior est. Scriptura etiam ait, Qui loqui-
tur lingua, spiritu deo loquitur : hic qui cum deo lo-
quitur, spiritualis est. Qui verò prophetat, ecclesiam e-
dificat: iste abundantiam adeptus est gratiæ. Ille enim
seipsum duntaxat edificat, hic autē seipsum & prox-
imum. Hoc porrò se habet, ut granum frumenti terræ
mandatū. Idem ex uno corde plura diuersaque grana
producit. Item ex ipsis spicis aliæ ampliores , aliæ te-
nuiores: vniuersæ tamen in unam congregantur areā
& horreū: ac licet discrepent, ex ipsis conficitur unus
panis. Aut sicut in ciuitate sūt hominū multitudines:
nōnulli sunt pueri pusilli, alii autē viri vel adolescen-
tes: cūcti verò bibūt aquā ex eodē fonte, uno pane ve-
scuntur, vnum spirantes aërem. Aut velut inter lucer-
nas hæc habet duo luminaria, illa verò septem: & ali-
cubi maior est copia lucis, & aliter illuminat: ita qui
sunt in igne & lumine, in tenebris esse nequeunt: plu-
rimum tamen inter se discrepant. Non aliter, quām

Smalle

annua

Smalle

Explanatory notes

si pater quidam duos habeat filios, vnum, puellum, alterum, adolescentem: hunc quidem in vrbes & regiones mittit, pusillum autem semper tuetur: qui nihil potest agere. Gloria deo. Amen.

DE PARADISO ET LEGE SPIRITALI.

HOMILIA XXXVII.

Smule



V E M A D M O D V M Haec ho-
secretia consilia perspicuntur milia in
ex operibus manifestis: sic ex segra ha-
his quæ fiunt ab anima, elo- betur a-
quia scripturæ licet intellige- pud Mar-
re. Hoc autem non omnes ca- cū ere-
piunt: sed quicunque per ærum- mitā, in
nas aliqua ex parte deuenerunt limine
ad vacuitatē affectionū. Sicut enim scriptura narrat libelli,
futura, ita quæ geruntur ab anima. Nam in ea spiri- de Para-
tali modo recondita sunt omnia futura: quæ quicun- diso et le-
que fuerit adeptus, hæc & illa inde consequitur. Cum ge spiri-
gitur scripturam audieris enarrantem, quæ perti- tali, yn-
nent ad paradisum, ad Adamum, & ad serpentem, de initiu-
omnibus affectionibus semotis ad cor tuum conuerte huius ha-
animum: & reperies paradisum, nempe verbum dei: milie
delectationem autem quæ percipitur in eo, partici- suppletū
pationem spiritus sancti: serpentem quoque, nimi- est.
rum voluptatem carnalem, quæ propter conuictum
quem habet nobiscum, irrepit, & dolosè nos pro-

uocat ad gustandum de ligno, hoc est, de curis huius
vitæ: qui quidé serpens per inobedientiam interimit.

Matt. » Nolite enim solicii esse in crastinum: vtrunque di-

d. 6. » xit deus: & id quod dictum est, Quacunque die co-

Gene. » mederitis de ligno, morte moriemini: & illud, Atten-

2.c. » dite ne grauentur corda vestra in crapula. Nam te-

Lu.21.g. nebræ quæ gignuntur ex solitudine & crapula, ani-

mam interficiunt, deturbantes eam à verbo spiritali,

ac priuantes virtute diuina. Ab hoc igitur ligno nos

» arcet dominus, dum inquit, De nulla re solicii sitis,

» præterquam de regno. Quicunque enim dei paradi-

sum ingressi custodierunt mandatum illud, non sunt

expulsi: sed quantum paradiso potiti sunt primi paré-

tes, centies tantum in paradiſo spiritali oblectamur,

verè nos & continenter consolante gratia dei. Quare

nos quoque summopere desideremus ipsum seruare

mandatum: vt permanētes in verbo domini, fruamur

nunc & in futuro seculo deliciis spiritus. Vt enim ex-

pulsus est Adam, qui gustarat de ligno scientię, ita qui

terrena sapiūt, permanere non possunt in verbo Chri-

Jacob. » sti, quemadmodum scriptum est, Amicitia huius mā

di, inimica est dei. Quocirca iubet scripture, vnum-

4.a. » quenque hominem omni custodia seruare cor suum:

Prou. » vt cōseruans in eo verbū, tanquam paradisum, frua-

tur gratia: nec audiat serpētem intus se implicantem

& consulentem quæ faciunt ad voluptatem: vnde na-

scitur iracundia, quæ ad fratricidium admittendum

impellit. Verūm auditō dominū, dicentē. Curam ha-

bete fidei ac spei, è quibus oritur charitas, vnicē com-

plectens deū & homines, quæ vitā confert æternā. In

huiusmodi paradisum ingressus est Noë mandatū ser
 uans & exequens, ac per charitatem seruatus est ab
 iracudia. Hunc Abraham custodiens, paruit voci di
 unę. Hunc custodiēs Moses, gloriam in facie recepit.
 Itidē & Dauid hunc cōseruans, opere cōpleuit: vnde
 dominatus est hostibus. Quinetiā Saul quādiu custo
 diuit cor, prosperè agebat: quādo verò sub finē trans
 gressus est, tandem est circunuentus. Nā moderatē & ex
 proportione peruenit ad vnumquenq; verbū domini.
 Quantū quis possederit, tantū possidebitur, quātūm
 que seruauerit, tantum seruabitur. Propterea chorus
 vniuersus sanctorū prophetarū, apostolorum & mar
 tyrum custodierunt verbum in cordibus suis, nullius
 alterius rei solliciti: sed contemnentes terrena, permā
 serunt in mandato spiritus sancti, eligentes quod bo
 num erat & deo gratum: non verbo solo aut simplici
 cognitione, sed verbo & opere ac rebus ipsis: pro di
 uitiiis amplectentes paupertatem, pro gloria honorū
 contemptum, pro voluptate ærumnas: vnde etiā pro
 ira dilectionem: & quæ suauia sunt in hac vita, odio
 habentes, illos vehementius diligebant, qui hæc eri
 perent, tanquam adiuuarentur ab illis in scopo asse
 quendo, bonum à malo non discernētes: neque enim
 bonos repellebant, nec accusabant improbos: illos
 omnes existimabant legatos administrationis domi
 nicæ: idcirco erga omnes bene affectum gerebant ani
 mum. Cum enim audirent dominum dicentem, Di
 mittite, & dimitte inimi: beneficos reputabant, qui
 illos læderent: tanquam ab ipsis naucti occasionem re
 mittendi. Rursus cum audirent dicentem, Quemad- Lxc. 6. e.
 Mat. 7. b

» modum vultis ut faciant vobis homines , vos etiam
 » illis facite similiter:tunc probos in conscientia dilige-
 bant. Relinquentes enim suam iustitiam , & quarenen-
 tes iustitiam dei , consequenter inuenerunt charitatē
 naturaliter in ipsa reconditam. Siquidem dominus
 cum de charitate multa præciperet , iustitiā dei que-
 rere iussit; quam nouerat esse matrem charitatis. Nam
 aliter saluari non possumus,quām per proximum : si-

Lu.6.c. cuti dominus præcipiens ait , Dimittite , & dimitte-
 » mini. Hæc est lex spiritualis,quæ in cordibus fidelibus

Matt. » scribitur , nempe complementum prioris legis. Non

g.c. » veni enim, ait, soluere legem, sed adimplere. Quo ita-
 que modo impleatur, accipe: Prior lex accepta occa-
 sione benedicendi eum qui peccauerat , longè magis
 condemnauit eum qui Iæsus est. In quo enim iudicat
 alterum, seipsum condemnat: in quo verò remittit,

» remittetur ei. Ita enim lex ait, In medio iudicii iudi-
 » cium, & in medio remissionis remissio. Plenitudo er-

» go legis est dilectio. Porrò priorē legem diximus, nō
 quòd duas leges præscriperit deus hominibus , sed
 vnicam : quæ quidem natura spiritualis est ex vi legis,
 & vlciscens vicem illius qui remittit offendit alteri,
 iustum pro eo fert sententiam: ei verò qui potiore cō-
 ditione semper esse desiderat , plurimum infert sup-

Psal. » pliorum. Inquit enim, Cum electo electus eris , &

I7.c. » cum peruerso peruersè ages. Quamobrem qui spiri-
 taliter eam implét , & pro modo participes sunt gra-
 tiæ, non beneficos solum, sed etiam contumeliosos &
 persequentes diligunt: charitatem spiritalem recipie-
 tes pro remuneratione bonorum: bonorum dico, non

quia remiserunt iniurias, sed quia beneficio affec-
runt animas iniuriam inferentium. Sic enim eos ob-
tulerunt deo, tanquam pereos consecuti beatitudi-
nem, quemadmodum inquit, Beati estis, cum maledi- Mat. 5. 4
xerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint
omne malum aduersum vos, mentientes, propter me.
Ita sentire docuit illos lex spiritalis. Dum enim patiē-
ter ferunt, & spiritalem seruant mansuetudinem, do-
minus intuens animi patientiā bello infestatam, cha-
ritate tamen minimè labascente, diruit medium pa-
riitem, & quoddam veluti vallum, inimicitias pro-
fus expellit: ut iam chatitatem non vi sibiipsis sub-
iectam habeant, eaque prædicti sint, sed illa sit eis ve-
lut auxiliaris: quia dominus in posterum coercet gla-
dium versatilem cogitationes excitantem: & ingre-
diuntur interiora velaminis, quò præcursor pro nobis
introiit dominus: & lautè atque ad delicias usque
fruuntur fructibus spiritus, spectantes futura cōstan-
ti animo, secundum apostolum, ut in speculo ac ænig-
mate: ac inquiunt, Quæ oculus non vidit, nec auris I. Co. 2. b
audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præpa-
rauit deus iis qui diligunt illum. Ego verò quæstionē
hanc admirandā mouebo, Si in cor hominis nō ascen-
derunt, quī vos illa nostis, qui in libro Actorum apo-
stolicorum fatemini vos esse homines nostri similes,
& affectionibus obnoxios? Sed audi, quid ad hæc re-
spondeat beatus Paulus, Nobis autem, ait, reuelauit I. Co. 2. c
deus per spiritum suum. Spiritus enim omnia scruta-
tur, etiam profunda dei. Cæterū ne quis dicat, ipsis
tanquam apostolis datum esse spiritum sanctum, à no-

bis autem hoc natura cōprehendi non posse, propter
Ephes. » ea alicubi deprecans ait, Ut det vobis deus virtutem
3.c. » corroborari in interiori homine, habitare Christum
2.cor. » in cordibus vestris. Et rursum, Dominus autem spiri-
3.d. » tus est. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas, Et
Rom. » iterum ait, Si quis autem spiritum Christi non habet,
8.b. » hic non est eius. Quare deprecemur nos quoque cum
 omni fiducia & sensu, ut accipiamus gratiam sancti
 spiritus, & ingrediamur unde sumus expulsi: decli-
 nantes serpentem interfectorem animi, superbum &
 vanum consultorem, spiritum solicitudinis & cra-
 pulæ: ut firmiter credentes præcepta seruemus per
 dominum, & crescamus in eo in virum perfectum,
 in mensuram ætatis: ut non ultra dominetur nobis
 deceptio huius seculi: sed cum certitudine spiritus
 versemur, neque diffidamus: quia peccatores pœ-
 nitentiam agentes etiam benevolè excipit gratia dei.
 Quod enim per gratiam donatur, non amplius me-
 tiri debemus, ut conferamus cum antecedente infir-
 mitate: siquidem gratia iam non esset gratia. Sed cre-
 dentes in deum omnipotētem, cum simplici & curi-
 vacuo corde accedamus ad eum, qui per fidem con-
 fert communicationem spiritus: non ex proportione
Gal.3. » operum naturæ. Ait enim, Non ex operibus legis, spi-
4. » ritum accepistis: sed ex auditu fidei. **I N T E R R O-**
G A T I O. Dixisti, omnia spiritualiter esse recondi-
1.Cor. » ta in anima, quid ergo est, Volo quinque verba in
14.d. » ecclesia sensu meo loqui? **R E S P O N S I O.** Eccle-
 sia intelligitur in duabus personis: modò in congrega-
 gatione fidelium, modò in compositione animæ. Cū

ergo spiritualiter accipitur in homine, ecclesia est tota illius compages. Quinque autem verba, sunt virtutes quibus comprehenditur, ac totus homo construitur: suntque illæ variis modis distinctæ. Nam quemadmodum qui loquitur in domino, per quinque verba complectitur omnem sapientiam: ita qui sequitur dominum per quinque virtutes, summopere religionem ædificat. Quæ quidem cum sunt quinque, reliquas complectentes, prima oratio, secunda continentia, misericordia, paupertas, longaminitas, impletur desiderio ac voluntate: suntque verba animæ, quæ per dominum proferuntur, & exaudiuntur in corde. Dominus enim operatur, & tunc spiritus loquitur in intellectu: & cor quanto fertur desiderio, tantum se prodit operando. Virtutes autem illæ ut omnes comprehendunt, ita sese mutuò producunt. Nam sublata prima, omnes tolluntur. Itidem si secundū tollas, quæ sequuntur, pereunt: & ita deinceps. Quomodo enim quis orabit, non impulsus à spiritu? Mibi quidem testimoniū perhibet scriptura, quæ dicit, Nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. 1 Corin. 12.4. Portò quo pacto continens perseverabit, absque orationis auxilio? Et qui non est continens per omnia, quomodo miserebitur esuriētis aut iniuriam passi? At qui misericordia non mouetur, neque libenter tolerat paupertatem. Iracundia vero, siue pecuniam habeat, siue careat, alumna est auaritiae. Cæterum anima quæ virtutibus pollet, ita promovet in ecclesia, nō qui ages, sed qui avoluit, atq; cupiuit aliquid facere. Non enim saluat hominē opus suū, sed qui facultatē operā.

di largitur. Quapropter si quis stigmata domini perferat, ne existimet aliquid esse, quod quiduis fecerit, & quod diligenter atque accuratè, ut opus illud efficeret, incubuerit. Nunquam igitur existimes, te præuenisse dominum in virtute, ex eius sententia qui di-

philip. „ cit, Ipse est, qui operatur in vobis & velle & perfice-
2.b. „ re, pro bona voluntate. INTERROGATIO.

Cur igitur scriptura præcipit homini hoc facere? RESPONSO. Iam diximus, hominem à natura habere promptitudinem animi, quam deus requirit. Iubet ergo, ut homo in primis cognoscat: & cum cognorit, amet, & voluntatem de promat. Ut autem més exerceatur, laborem perferat, aut opus aliquod perficiat, gratia domini largitur volenti & credenti. Quare voluntas hominis est, velut auxilium à natura insitum: qua absente, ne deus quidem quipiam operatur, tametsi facultate non careat: quod fit ob arbitrii humani libertatem. Igitur operis perfectio, dei est: voluntas autem, hominis. At qui si totam voluntatem tribuamus homini, integrum opus nobis ascribitur. Mirabilis deus in omnibus, & qui prorsus animo comprehendendi nequit. Nos autem homines particulam aliquam mirabilium eius assequi nitimur, scriptura n-

Esa. 4. „ xi, vel potius ab illa edocti. Quis enim, ait, cognouit
d. „ sensum domini? Ipse verò dixit, Quoties volui cōgre-

1. Cor. „ gare filios tuos, & noluisti? Tandē ex hoc crede, quod

2. d. „ Ipsos nos manuducit: à nobis autem solā requirit vo-

Lu. 13. „ luntatem. Sed quæ voluntatis erit declaratio, nisi la-

g. „ bor spontaneus? Quemadmodum itaque ferrum, dū

male secat, scindit, arat, plantat, ipsum quidem, quatenus impellitur,

impellitur, aliquid præbet: alius tamen est, qui mouet
 & agitat ferrum: & ubi fuerit attritum, igni mandat,
 & instaurat. Hunc in modum homo, licet exerceatur
 & laboret, operans quod bonum est, dominus tamen
 clam in ipso operatur: & dum labore fatigatur & at-
 teritur ille, consolatur atque recreat animum: ut ait
 propheta, Num gloriabitur securis absque scindente, Esa. 10.
d.
 aut in altum tolletur serra sine trahente? Eodem mo-
 do se res habet in committendo quod malum est: quā-
 do promptus est & paratus homo, ac se submittit: tu
 Satanás impellit illum & acuit, ut ensem latro. Cate-
 rūm cor assimilauimus ferro, multam ob duritiam &
 rerum imperitiam. Quanquam nos, quasi ferrum sen-
 su carens, ignorare non debebamus eum à quo regi-
 mur: (nam celeriter ab agricolæ verbo dilabimur ad
 cogitationem malitiæ) sed potius, veluti bos & asinus
 noſſe debemus eum qui noſtrum animum impellit &
 dirigit. Nam ait, Cognouit bos possessorem suum, & Esa. 1.
 asinus preſepe domini sui: Israël autē mēnō cognouit
 Oremus ergo, ut notitiam dei consequamur, & eru-
 diamur in lege spirituali, ad mandata eius peragenda.
 Amen.

R

E X A C T O O P V S E S T
I V D I C I O I N D I S C E R N E N -
du veris Christianis, & quinam sint illi.

H O M I L I A XXXVIII.

XISTIMANTVR multi
 esse Christiani, quòd appareant
 iusti : sed artificum est , & peri-
 torum iudicare , num tales ve-
 rè signum & imaginem regis
 habeant , an quoquo modo a-
 dulterata sint artificum opera ,
 an admirentur artifices & re-
 darguant . Quòd si defuerint eius artis periti , do-
 losi fabricatores argui non poterunt . Nam ipsi quo-
 que solitariè viuentium seu Christianorum habitum
 gerunt . Siquidem pseudoapostoli pro Christo pa-
 tiebantur , & regnum cælorum annunciatabant . Pro-
 pterea inquit apostolus , In laboribus plurimis , in car-
 ceribus abundantius , in plagis supra modum : vo-
 lens ostendere , se grauiora passum esse , quam ipsi . Au-
 rum facile reperitur : margaritæ verò & lapides pre-
 ciosi qui faciant ad diadema regium , rarius inueniun-
 tur : frequenter enim ex eis non reperias qui confe-
 rant . Eodē etiā modo Christiani in cōstruēda corona
 Christi , ut animæ illæ sanctorum euadat socię . Gloria
 sit ei qui vsque adeò dilexit ipsam animā , pro illa pas-
 sus est , illamque suscitauit à mortuis . Quemadmodū
 vultui Mosis iniiciebatur velamen , ne populus in-

*Summæ**Apocrypha**Summæ*

tendere posset in facié eius: ita nūc cordi tuo superpo-^{cor}
 situm est velamen, ne possis intueri gloriam dei. Cum ^{annua}
 autem illud ablatum fuerit, tum apparet ac manife-
 star seipsum Christianis, & iis qui diligunt illum &
 exquirunt in veritate: vt inquit, Manifestabo ei me-^{Io.14.6}
 ipsum, & mansionem apud eum faciam. Omni igit-
 tur studio accedamus ad minimè mendacem Chri-
 stum, vt consequamur promissionem & nouum testa-
 mentum, quod per crucem & mortem renouauit do-
 minus, effractis inferni peccati que foribus: & edu-
 xit animas fideles, quibus donauit interius paracle-
 tum, & reduxit eas in regnum suum. Regnemus er-
 go cum illo in Ierusalem ciuitate ipsius, in ecclesia
 cælesti, in choro sanctorum angelorum. Fratres au-
 tem qui ex longo tempore exercitati sunt & probati,
 possunt opem ferre rudibus & compati. Quidam ^{Quorū-}
 enim seipso securos existimatunt, & gratia dei per-^{dāChri-}
 moti adeò sanctificata membra sua repererunt, vt ^{stanorū}
 cupiditatem in Christianum cadere nullo modo pu-^{stolidā}
 tarent, sed eum castam & puram obtinere mentem: ^{persua-}
 in reliquo interiorem hominem à diuinis & cælesti-^{sio.}
 bus pendere: ita vt arbitrarentur, tales perfe-
 ctam mensuram iam attigisse, & ad portum tran-
 quillum appulisse. Porro insurrexerunt fluctus in
 eum, vt denuo inuentus sit in medio pelago, illuc-
 que delatus, vbi mare, calum & mors instabant:
 peccatum ingressum adeò produxerat omnem ma-
 lam cupiditatem. Rursum verò tales aliqua dignati
 gratia, &, vt ita dicam, è profundo maris quibusdam
 guttulis irrorati, hoc ipsum singulis horis reperiunt:

tantamque quotidie & tam admirandam operatio-
nem fieri, ut qui eam experitur. ob inopinatam, pere-
grinam & diuinam effectiōēm obstupescat & ad-
miretur, qua ratione deceptus sit. Ceterū gratia per
omnia diuina cœlestisque ipsum illuminat, deducit,
placatum reddit & amplificat, ut reges, potentes, sa-
pientes, & qui pollent dignitatibus, si conferantur
cum illo, minimi vilēsque putentur. Aliquanto verò
pōst tempore vel hora res immutantur, ut is seipsum
re vera grauiorem peccatorem omnibus hominibus
arbitretur: alia rursus hora seipsum videat veluti re-
gem maximum & ingentem, aut potētem regis ami-
cum: è diuerso alia hora seipsum infirmum & paupe-
rem spectet. Præterea labitur in perplexitatem ani-
mus, quamobrem sic, & rursum sic. Quia Satanás
cum oderit quod bonum est, mala suggerit his qui vir-
tutem sectantur, & conatur eos auertere: hoc enim illi-
lius est opus. Tu verò illi ne subiicitor: sed versare cir-
ca iustitiam, quæ in interiori homine perficitur, in
quo altare Christi consistit, cum impolluto sanctua-
rio: ut testimonium conscientiæ tuæ glorietur in cruce
Christi: qui emundauit conscientiam tuam ab ope-
ribus mortuis, ut spiritu tuo seruias deo, ut noris quid
Ioan. " adoras, ex sententia eius qui dixit, Nos adoramus,
¶.c. " quod scimus. Confide dirigi te deo: cum deo con-
sortium habeat anima tua, ut sponsa consuetudinē ha-
lphes. " bet cum sponso. Mysterium enim hoc magnum est,
¶.g. " ait. Ego verò dico, inter Christum & animam imma-
culatam. Cui gloria in secula. Amen.

AD QVID SCRIPTV-

RA DIVINA NOBIS DO-
nata est à Deo.

HOMILIA XXXIX.

V E M A D M O D V M REX *Smile*
 qui scribit literas ad eos quibus codi-
 cilios & peculiaria munera largiri de-
 siderat, edicit omnibus, nempe, Sata-
 gite quam primum ad me venire, ut
 accipiatis à me regia dona: qui nisi ve-
 nerint, & acceperint, nihilo melioris conditionis e-
 runt, quod has legerint epistolas: imò potius capitali
 supplicio tenebuntur, quod venire neglexerint, & à *Scriptura*
 manu regia honorarium consequi: hunc in modum
 rex Deus misit hominibus scripturas diuinas, velut
 epistolas: quibus significauit, ut inuocantes deum &
 credentes postulent & accipient donum cælestis, ex
 hypostasi diuinitatis eius. Scriptum est enim, Quò
 fiamus diuinæ consortes naturæ. Quòd si non vene-
 rit homo, non poposcerit, nec acceperit, nihil iuuabit *2.7 et. 1.4*
 quod legerit scripturas: quinimò plectendus est mor-
 te: quod à rege cælesti donum vitæ capere noluerit:
 sine quo vitam immortalem consequi nemo potest,
 quæ est Christus. Cui gloria in secula. Amen.

R. iii

VIRTUTVM INTER
SE COLLIGATIO, ITIDEM VITIO
rum. HOMILIA XL.



Simile virtus

E exteriori exercitatione quodnam institutum sit potius & primum, hoc scitote, dilecti, virtutes omnes inter se colligatas esse: tamquam enim catena quedam spiritualis, una dependet ab altera: precatio à dilectione, dilectio à gáudio, gaudium à mansuetudine, mansuetudo ab humilitate, humilitas ab obsequio, obsequium à spe, spes à fide, fides ab auditu, auditus à simplicitate. Haud secus quam in aduersaria parte vitia dependent vnum ab altero, odium ab ira, ira à superbia, superbia à vana gloria, vana gloria ab infidelitate, infidelitas à duritia cordis, duritia cordis à negligentia, negligentia ab ignauia, ignauia ab acedia, acedia ab impatientia, impatientia à voluptate, & reliqua vitiorum membra inuicem dependentia. Ita etiam circa bonam partem, virtutes à se mutuo manent & dependent. Caput autem totius boni instituti ac vertex honestarum actionum est perseverare in oratione: cuius beneficio reliquias etiam virtutes postulantes à deo quotidie obtainere possumus. Nam inde nascitur his qui digni habentur, communicatio diuinæ senitimoniae, spiritualisque energiæ, & connexio affe-

& ionis animi per dilectionem arcanam cum domino. Qui enim se compellit quotidie ad perseverandum in oratione, à spiritali dilectione acceditur in amorem diuinum & desiderium ardens erga deum: & gratiam perfectionis spiritus sanctificantis suscipit. IN T E R R O G A T I O. Cum quidam vendant facultates suas, seruos manumittant, & obseruent mandata, non tamen querant accipere spiritum in hoc mundo: an qui sic viuunt, non abeant in regnum cælorū? R E S P O N S I O. Disputatio hæc subtilis est: quia nonnulli * vnicum regnum, & vnicam gehennam esse aiunt. Nos autem multos gradus & differentias atque mensuras esse dicimus, tum in ipso regno, tum in ipsa gehenna. Itaque quo pacto anima, cum sit, vnika in omnibus membris, sursum in cerebro vim suam exerit, ac deorsum agitat pedes: ita etiam diuinitas continet omnes creaturas, tam cælestes, quām quæ subiacent abyssō: & vbi que plenè est in creaturis, quanvis aliena sit ab eis: ut pote dimensionis & comprehensionis expers. Considerat igitur homines ipsa diuinitas, & cum ratione gubernat omnia. Et quia nonnulli precantur, ignorantes quid querant, quidam iciunant, alij perdurant in ministerio: Deus, qui iustus est iudex, vnicuique pro modo fidei reddit mercedem. Quæ enim faciunt, metu dei agunt: at non omnes isti sunt filij, reges, aut heredes. Porrò in seculo alij sunt homicidæ, alij stupro dediti, alij raptores, contrà nonnulli sua pauperibus erogant: hos & illos perpensat dominus, ac bene agentibus quietem & præmium largitur. Si-

*Vnicum
accipe
provniformi
Et pari.
Imale
dimulcas*

quidē sunt superfluentes mensuræ, sunt & exiguae. Ac
 in ipso lumine & gloria sunt discrimina. Item in ipsa
 gehenna & suppicio inueniuntur benefici, alij latro-
 nes, & alij qui leuius deliquerunt. Qui verò vnicum
 inquiunt esse regnum, & vnicam gehennam, nec vl-
 los esse gradus, malè dicūt. Quot enim modò secula-
 res spectaculis harent, & aliis rebus in honestis? Quot
 item nunc sunt, qui deprecantur ac metuunt deum?
 Hos igitur & illos attendit deus, & tanquam iustus
 iudex præparat his quietem, illis verò supplicium.
 Porrò sicut homines qui aptant equos curribus, agi-
 tant habenas, & in se mutuò impellunt: (nam quis-
 que contendit, quo pacto prosternat & superet ad-
 uersarium) ita se habet in corde certantium spectacu-
 lum improborum spirituum cum anima luctantium,
 deo & angelis certamen spectantibus. Itaque singu-
 las in horas interius tum ab anima, tum à virtute procre-
 antur multæ recentes cogitationes. Etenim anima re-
 conditis abundat cogitationibus, quas ad horam ip-
 sam producit & gignit. Itidem ipsum vitium permul-
 tas habet cogitationes & studia: quin ad horā nouas
 molitur cogitationes aduersus animam. Quia mēs est
 auriga, quæ aptat currum animæ, tenens cogitatio-
 num habenas: & currit illuc contra currum Satanæ:
 ubi etiam ipse currum iunxit aduersus animam. IN-
 T E R R O G A T I O. Si quies est anima, quo pacto
 dicūt aliqui, nō posse nos orare, nec permanēt in ora-
 tione? R E S P O N S I O. Requies ipsa si affluat, af-
 fectū misericordiæ aliāq; obsequia suppeditat: verbi
 gratia, visitandi fratres, inserviendi verbo. Ipsa quoq;

Simile

*animæ ex
cordia*

natura desiderat progredi, & fratres inuisere, nec non
loqui verbum. Siquidem nihil est, quod in ignem pro-
iectum, naturam suam seruet: sed ipsum in ignem ver-
ti necesse est. Veluti si lapillos mittas in ignem, modi-
cum viuæ calcis oritur. Sin mittas in mare quempiā,
accidit frequēter, ut demergatur & abeat in medium
mare, vndisque obruatur, nec ultrā appareat. Qui ve-
rò gradatim ingreditur, iterum ascēdere cupit, adna-
uigare, & ad portum regredi, ut inuisat in terra de-
gentes homines. Nō aliter in re spirituali, si quis ingre-
diatur profundum gratia, adhuc tamen meminit so-
ciorum suorum. Quinetiam ipsa natura desiderat ad
fratres accedere, implere charitatem, & confirmare
verbum. IN T E R R O G A T I O . Qui possunt duæ
personæ, gratia & peccatum, in corde cōsistere? R E-
S P O N S I O . Quemadmodum igni circa vas æneū
exteriū apposito, si subieceris ligna, accenditur: &
quod intra vas est, coquitur & feruet, igne extrinsecus
accenso: sin minus ligna submittas, incipit ignis te-
pescere & propemodum extingui: ad hunc modū gra-
tia, quæ est ignis cælestis, intra te est: postmodū si pre-
catus fueris, & cōtuleris cogitationes tuas ad diligen-
dum Christum, quodāmodo ligna subiecisti: & cogi-
tationes tuæ conuertuntur in ignem, & desiderio dei-
tinguntur. Quod si subtrahat se spiritus, quāvis sit ex-
trate, nihilominus etiam est intra te, & extra te ap-
paret. At verò si quis ignauia laborans, paulatim re-
bus secularibus & occupationibus seipsum tradat,
denuò vitium accedit, & complectitur animam, to-
tumque hominē incipit affligere. Memor ergo anima-

requietis pristinæ, angi incipit, & diutius lugere calamitatem suam. Iterum intendit animus in deum, prior quies illi cœpit appropinquare, vehemētius inquirere occipit, Deprecor te domine, ait: paulatim additur ei ignis accendens & recreans animam: ac velut hamus è profundo piscem paulatim extrahit. Nisi enim hoc fieret, ac gustaret amaritudinem & mortem, qui discernere posset amarum à dulci, & mortem à vita, & gratias agere viuificanti, patri, & filio, & spiritui sancto, in secula? Amen.

Q V A M P R O F V N D A
S I N T A N I M Æ P E N E T R A L I A, Q V A E
paulatim incrementa gratia, aut vitiorum accipit.
H O M I L I A X L I.



Eccle. „
42.c. „

R E C I O S V M vas animæ multa profunditate constat, ut quodam loco ait, Abyssum & cor ipse scrutatur. Nam ubi homo diuerterit à mandato, & iræ sententiam incurrit, peccatum abripit illum captiuum: quod cum sit velut abyssus quædam acerbitatis, subtiliter & profundè penetrans, ingressum intrò, animæ pascua occupat usque ad imam eius receptacula. Hunc autem in modum assimilabimus animam permixtumque peccatum, veluti si fuerit arbor amplissima, quæ multos habeat rā-

mos, & radices intima terræ penetrantes: ita cum intimum animæ loculorum pabula penetrans peccatum occupauit, in consuetudinem vertitur & præoccupationem, ac simul ab infantia cum unoquoque capit incrementum, conuersatur, & vitia edocet. Quando ergo diuinæ gratiæ operatio pro mensura fidei cuiusque obumbrauerit animæ, ac è superis auxilium ceperit, adhuc aliqua in parte adumbrat gratia. Quamobrem ne quis existimet, animam totam illustratam esse, multum adhuc vitij pabulum intus adest: nec modico opus habet homo labore fatigatio- néque æquali cū sibi collata gratia. Hac enim de causa incipit gratia diuina particulatim in animam aduentare, quæ alioqui potest horæ mométo hominem, cum expurgarit, perfectum reddere: sed ut probet intentionem hominis, an integrum erga déu dilectionē seruer, nullum habēs cum improbo commercium: sed seipsum prorsus gratiæ deuoueat: hōcque modo pro tempore & opportunitate probata anima, vt quæ nulla in re gratiā dolore vel contumelia affecerit, à modico sumpto initio adipiscitur auxilium. Quinetiam ipsa gratia pascitur in anima, & ad profundissimas usque partes & cogitationes eius mittit radices: postquam anima multis occasionibus oblatis proba habita est, & gratiæ consentanea: donec ipsa tota absorpta est à cælesti gratia, in ipso vasculo in posterum regnante. Cæterum nisi quis multæ fuerit humilitatis, traditur ille Satanæ, & gratia diuina sibi collata spoliatur, nec paucis torquetur afflictionibus: tumq; perspicitur illius existatio, nē penitus & miserū esse. Proinde qui dite-

Humili- scit gratia dei, in multa debet humilitate & cordis cō
8as cōser tritione degere, ac seipsum ut pauperem & nihil habē
bat in ho tem arbitrari: quod habet, alienum esse, aliūmque sibi
minegra dedisse, qui quando volet, auferet illud. Qui hunc in
tiam dei. modum seipsum humiliat, tum apud deū, tum apud
homines, sibi donatam gratiam conseruare potest: vt
Matth. 21. b. ait, Qui seipsum humiliat, exaltabitur. Ac licet sit ele-
Luc 14. b. ctus dei, apud se reprobatus esto: quāvis sit fidelis, tan-
quam indignum seipsum existimato. Tales enim ani-
mæ deo sunt gratissimæ, & viuificātur per Christum.
Cui gloria & imperium, in secula. Amen.

NON EXTERNA, SED

INTERNA PROMOVENT AVT LÆ-
dunt hominem: veluti spiritus gratiae, aut spiritus nequitiae.

HOMILIA XLII.

Smile.

annua



V E M A D M O D V M si
fuerit vrbs ingens, eaque deser-
ta, nempe dissolutis muris, quæ
capta sit ab hostibus, magni-
tudinis nulla est vtilitas: pro-
inde præter magnitudinem ex-
petendum est, vt etiam muni-
ta sit optimis muris, ne possint
hostes ingredi: ita proculdubio animæ scientia &
intellectu exornatae, necnon acutissimo ingenio, sunt
instar magnarum urbium. Supereft ut queramus, an
illæ munitæ sint virtute spiritus: ne quando hostes in-

gressi deuastent eas. Nam sapientes huius mundi, Ari
stoteles, Plato, vel Socrates, qui rerum notitiam calle-
bant, non aliter se habebant, quam urbes amplæ : at
erant ab hostibus vastati, quia carebant spiritu diui-
no. Quicunque verò idiotæ sunt participes gratiæ, sunt
tanquam urbes exiguæ, virtute crucis protectæ. Cæte-
rūm duplicē ob causam à gratia excidunt & pereunt:
vel quod illatas afflictiones non perferunt, vel quod
voluptatibus peccati deliniri se patiuntur. Nequeunt
enim qui transeunt, citra tentationes transmeare. Ita-
que sicut in partu, paupercula & regina iisdem labo-
rant doloribus: itidē terra diuitis ac pauperis, nisi con-
uenientem acceperit imbre, non potest alicuius pre-
cii fructus ferre: haud secus in operatione animæ, nō
sapiens, non locuples regnat in gratia, nisi per patiē-
tiam, afflictiones, & labores frequentes. Siquidē Chri-
stianorum vita mel imitari debet: quod cū sit dulce,
acerbi aut venenosī nihil admittit. Ad hunc modum,
isti, quæcumque obuenient, siue prospera, siue aduer-
sa, benigni sunt, vt inquit dominus, Estote benigni, si. Lk. 7. e.
ut pater vester cœlestis. Quod enim lædit & iniqui-
nat hominē, intus est. Nā de corde exeunt cogitatio-
nes malæ, sicut ait dominus. Quoniam interna sunt,
quæ inquinat hominē. Intus igitur est in anima reptas
& progrediens spiritus nequitia rationalis impulsus:
quod est velamen tenebrarum, & vetus homo:
quem exuere debent, qui confugiunt ad deum: & in-
duere cœlestem & nouum hominem, qui est Christus.
Nihil igitur extraneum offendere potest hominē, præ-
ter spiritum tenebrarum, qui viuit, agit, & habitat in

*S m u l e
v i t a x p̄
a u r y*

cōrde. Quare cuique conuenit inire certamen cum cogitationibus, ut eius cordi illucescat Christus. Cui gloria in secula. Amen.

DE PROGRESSV VIRI CHRISTIANI, CVIVS TOTA VIS dependet à corde, vt h̄c varie describitur.

HOMILIA XLIII.

Simele.

Spurc.

Psalm.

44.b.

Hebr.

*Simele.
Xprauj*



V E M A D M O D V M abigne accenduntur multæ lucernæ & lampades ardentes, cunctæ verò lápades ac lucernæ ab vnica natura accenduntur & lucent: haud aliter etiam Christiani accenduntur & splendent ab vnica natura ignis diuini, filii dei: habéntque lampades ardentes in cordibus suis: & agentes in terra lucent in conspectu eius, sicut & ipse. Ait enim, Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lātitiae. Idcirco cognominatus est Christus, ut eodem oleo quo ipse vñctus est, nos etiam vñcti, siamus Christi eiusdem, ut ita dicam, substantiæ, vniuersque corporis. Inquit enim, Qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnibus. Quare similes aliquatenus sunt Christiani lucernis habentibus in se oleum, hoc est fructus iustitiae: ac nisi accendantur in eis lucernæ à lucerna unminis diuini, nihil sunt. Dominus erat ardens lucerna, propter spiritum diuinitatis substantialiter in ipso manentem, & incendentem cor illius secundum

naturam humanam. Siquidem ut putre marsupium *Simile*
 margaritis plenū: ita Christiani, quoad hominē exte- *¶ p. aij*
 riorem, humiles esse debent & contemptibiles: intus
 verò in hominē interiori preciosum margaritū obti-
 nēt. Sūt nihilominus alii sepulchris dealbatis similes,
 exterius quidē depicti & speciosi, intus autem pleni
 ossibus mortuorum, odore graui multo, & spiritibus
 immundis, mortui à facie dei, omnē turpitudinē, sor-
 des & aduersarii tenebras induti. Apostolus ait, Puer *Gal. 4.6*
 quandiu paruulus est, sub tutoribus & curatoribus
 spirituum immundorum agit: qui quidem spiritus no-
 lunt puerum crescere: ne, cum euaserit in virū perfe-
 ctum, quārere incipiat quę pertinent ad familiam, &
 dominium vendicare. Christianus deum in memoria
 perpetuò debet habere. Scriptū est enim, Diliges do- *Deu. 6.1*
 minum deū tuum ex toto corde tuo: ne dominum dū
 taxat diligat, quādo oratorium ingreditur, sed etiam
 inambulans, colloquens & edēs, meminerit dei, dili-
 gat & vnicē complectatur illum. Siquidem ait, Vbi *Illud est*
 mens tua, ibi & thesaurus tuus. Cui enim rei alligatū *deus qđ*
 est cor alicuius, quōve trahit illū cupiditas, hoc est illi *diligitur*
 deus. Si cor deū semper expetat, ipse dominus est cor-
 dis eius. Abrenunciauit quispiā, priuauit se facultati-
 bus & vrbe, dās operā iciunio, sui ipsius homine ad-
 huc tenetur, aut rebus secularibus, aut familiaribus,
 aut parētū amore: itaq; vbi corp⁹ ipsius fuerit alligatū
 & mēs captiuata, illud ei⁹ est deus: & inuenitur quidē
 per amplā portā è século decessisse, per hostiolū autē
 ingressum in mundū incidisse. Velut sarmēta in ignē
piecta, facultati ignis resistere requeūt, sed statim exu-

runtur: ita dæmones qui bellum inferre volunt homini
 spiritum sanctum adepto, vruntur & absumentur
 ab ignis diuina potētia: modò homo domino semper
 adhæreat, fiduciam & spem habens in eum. Ac si fu-
 rint dæmones robustis montibus fortitudine pares,
 tanquam ab igne cera, cōburentur ab oratione. Inter-
 ea tamen certamen & bellum ingens intercedit ani-
 mæ cum illis. Sunt illic draconum fluuij, ora leonum,
 ignis incendens animam. Quo itaque modo consum-
 matus in nequitia, spiritu erroris inebriatus, deditus
 cædi vel adulterio, perperam agendi satietate non ca-
 pitur: hunc in modum Christiani in spiritu sancto ba-
 ptizati, expertes sūt vitij. Qui verò gratiam nacti per-
 miscentur peccato, adhuc tenētur timore, & per me-
 tuendum locum incedunt. Sicut enim mercatores in-
 ter nauigandū, etiam si ventū propitium & mare tran-
 quillum nacti sint, necdū ad portū peruerent, me-
 tuunt ne quo modò repente cōtrario vento excitato
 fluctibus æstuet mare, & nauis pereclitetur: sic & Chri-
 stiani licet habeant in se flantem prosperum ventum
 sancti spiritus, adhuc tamen formidant, ne ventus ad-
 uersariæ potestatis insurgat: qui flet, & tempestatem
 fluctusque moueat animis eorum. Quamobrem sum-
 mopere curandum est, vt perueniamus ad portū quie-
 tis, ad mundum perfectum, ad vitam & delicias per-
 petuas, ad ciuitatem sanctorum, ad Ierusalem cæle-
 stem, ad ecclesiam primogenitorum. Verūm nisi quis
 mansuras illas transferit, non mediocriter extimescit,
 ne fortè peruersa potestas in medio cursu excidiū ali-
 quod moliatur. Itaque sicut mulier quæ concepit, in-
 fantem

fante*m* suum intus habet in tenebris, ut ita dicam, &
 denso loco: qui, si cōtingat eum opportuno tempore
 egredi, spectat nouā creaturā celi, terre, solisque, quā
 nunquam viderat: hūc amici & cognati cōfestim hi-
 lari vultu excipiunt in vlnas. Quod si quadā ordinis
 naturalis perturbatione puerū ē penetralibus extrahi
 cōtingat, necessariō supereſt, ut ad hoc cōstituti medi-
 ci vtantur gladio: fitq; postea, ut puer à morte perga*t*
 in mortē, & à tenebris in tenebras. Ad hūc modū acci-
 pe circa rē spiritualē. Quicunq; semen diuinū suscep-
 runt, hi modo inuisibili possidēt illud, & propter co-
 habitās peccatū in obscuris & metuēdis locis abscon-
 dūt. Si ergo collectis viribus suis cōseruauerint semē,
 opportunē emittunt in lucē deinceps in dissolutione
 corporis, angeli omnēsq; superni chori letovultu exci-
 piūt illos. At verò si quis suscep*t*is ad viriliter pugnā-
 dū armis Christi ignauiter egerit, is tēpore dissoluēdi
 corporis, quā primū traditur hostibus, & à tenebris
 nunc illū obruētibus se cōfert ad tenebras alias mole-
 stiores, & interitū. Porrò veluti si fuerit hortus arbo-
 ribus fructiferis & aliis bencolentibus plātis cōsus*t*,
 & per omnia bene excultus & exornatus, qui etiam
 sit munitus exiguo pariete, pro septo & vallo, iuxta
 quē cōtingat flumen rapidum trāscurrere: licet aqua
 modica illidat parieti, corruptit fundamentū sumit
 educationem & paulatim fundamentum dissoluit: &
 ingrediens effringit & extirpat omnes plantas, uni-
 uersam culturā delet, & fructibus ferēdis inutilē red-
 dit: ita se habet cor hominis, quod nō caret cogitatio-
 nibus honestis: at instat cordi perpetuō vitiorū fluuii

volentes illud diruere & sibi vēdicare. Itaque si leuis
 paululum fuerit animus , & labatur in cogitationes
 impuras, en spiritus erroris pabulū acceperunt, & in-
 gressi euerterunt quæ illic spidebāt , deletisque pro-
 bis cogitationibus animā desertam reddiderūt. Sicut
Smaile. oculus omnium corporis partiū est minimus , & ipsa
 pupilla oculi cum sit exigua, tamen est vas ingēs: quo-
 niam intuetur vnā cālum, astra, solem, lunam , vrbes,
 & alias creaturas : & eodē modo quæ conspiciuntur,
 in illa parua pupilla oculi simul & eodem momento
 formantur & effinguntur: hoc pacto se mens habēs in
annua- corde, ipsumque cor est vas quoddam exiguum: ibi ni-
 hilominus dracones, ibi leones , ibi bestiæ venenosæ,
 ibi vitiorum cuncti thesauri, ibi asperæ & salebrosæ
 viæ, ibi præcipitia: itidem ecōtra, ibi deus, ibi etiam
 angeli, ibi vita & regnum , ibi lumen & apostoli, ibi
 cælestes vrbes, ibi thesauri gratiæ, ibi sunt omnia. Ut
Smaile. enim se habet caliginosa nebula super vniuersam ter-
 ram extensa, & homo nō videt hominem : nō aliter se
Tenebris
mudi habent huius seculi tenebræ super omnem creaturā,
 vniuersam etiam naturā humanam sitæ à tempore
 trāsgressionis: vnde tenebris homines adūbrati sūt in
Smaile
penitenti nocte, & in locis horrendis. Et quēadmodū in domo
 quapiā est copia fumi: sic etiam peccatū cuni suis co-
 gitationibus sordidis insidet, & serpit in cogitationes
 cordis, necnon infinita multitudo dēmonū. Itaque ut
Smaile in rēbus ante oculos positis, dum cōmittitur bellum,
 nō eo proficiscuntur sapientes aut primates, sed mortē
 extimescētes resident: obiiciūtur autē tyrones, paupe-
 res & plebeij: & accidit , vt parent victoriā aduersus

hostes, quos persequentes expellunt è limitibus, & vi-
 ctores præmia coronásque à rege accipiunt, & pro-
 mouentur ad dignitates: illi vero magni reperiuntur
 his posteriores. Ad hunc se modum habet res spirita-
 lis: simplices initio verbum amanti veritatis intelle-
 ctu audientes, ipsum opere exprimunt, & gratiā spi-
 ritus à deo accipiunt: sapientes autem, & qui subtili-
 tatem in verbo querunt, fugiunt bellum, nec profi-
 ciunt, sed his qui dimicarunt & vicerunt posteriores
 inueniuntur. Ut autem venti vehementer flantes, mo-
 uent omnes creature, quæ sunt sub cælis, sonituque
 edunt non modicum: sic hostis potentia pulsat, fert
 cogitationes, profunda cordis concutit pro suo ipsius
 arbitrio, & in sui ministerium dissipat cogitationes.
 Veluti publicani sedent iuxta vias angustas, & retinēt
 atque concutunt prætereunte: ita dæmones obser-
 uant & detinent animas: quas nisi plenè fuerint expu-
 gnat, dum decedunt è corpore, non sinunt ad cæli mā-
 fiones ascendere, & occurrere domino suo: quia de-
 turbantur à dæmonib[us] aérijs. Qui vero degut in car-
 ne, nihilominus summo labore atque contéctione gra-
 tiā ex alto cosequentur à domino. Nempe hi profi-
 ciscentur ad dominum cum illis qui per studiosam cō-
 uersationem quieuerūt, ut ipse pollicitus est, Vbi sum
 ego, illic & minister meus erit. Et per infinita secula
 regnabunt cum patre, & filio, & spiritu sancto, nunc
 & semper, in secula seculorum. Amen.

QVANTVM IN HOMI-
NE CHRISTIANO MVTATIONEM AC
renouationem faciat Christus, qui morbos animæ sanavit.
HOMILIA XL III.



V I accedit ad deum, & re
vera cupit assessor esse Christi,
huius intentionis gratia debet
accedere, vt mutetur ipse &
transmutetur à pristino statu
& conuersatione: probum &
nouum hominem præ se ferat,
qui nihil gestet veteris homi-

I.Cor. 52. nis: si qua inquit, in Christo noua creatura. Nam
ideo venit dominus noster Iesus Christus, vt natu-
ram conuerteret, transmutaret & renouaret, nec non
hanc animam propter transgressionem affectionibus
inuolutā reformaret, contemperans eam cū suo spiri-
tu diuino. Venit itaq;, vt nouam mentem, nouam ani-
mam, nouos oculos, nouas aures, nouam linguā spiri-
talem, &, vt semel dicam, nouos homines ei credētes
efficeret, seu nouos vtres vngés eos suo ipsius lumine
cognitionis, vt illis vinū nouū, nempe spiritū suum,
Mat. 9.b. immitteret. Vinum enim, ait, nouū in vtres nouos mit-
tendum est. Quo enim modo hostis subiugatū sibi ho-
minem nouum in sui gratiam effecit, vitiosis affectio-
nibus circunuoluit, & in ipsum spiritu peccati vn-
ctum, vinum omnis iniquitatis & vitiosæ doctrine in-
iecit: hunc in modum dominus, cū redemisset illū ab
hoste nouum reddidit: & cùm vnsisset suo ipsius spi-

Imme

Deus

ritu, vinum vitæ & nouam spiritus doctrinam infudit in eum. Qui enim naturam quinque panum in naturam copiosam mutauit, & a fini naturæ facultate loquendi destitutæ vocem dedit, meretricemque convertit ad temperantiam, & ignis ystiuam naturam ad irrigandos in camino existentes aptam reddidit: qui leonum agrestium bestiarum naturam Danielis gratia mansuefecit: is quoque potest animam desertam & à peccato agrestem effectam, in suam ipsius bonitatem, māsuetudinem & pacem conuertere, promissionis sancto bonoque spiritu. Siquidem ut pastor ouem scabiosam curare potest, & à lupis conseruare: ita verus pastor Christus veniens solus ouem perditam & ~~per~~^{summe} morbosam, hoc est hominem sanare & conuertere potuit à scabie & lepra peccati. Priores enim sacerdotes levitæ atque magistri oblationibus munera & sacrificiorum, atque aspersoribus sanguinis animam curare non potuerunt, cum ne se quidem ipsi curare quievint: erant quippe etiā infirmitate circūdati. Imposibile enim est, inquit, sanguine hircorum & taurorum auferri peccata. At qui dominus indicans illorum qui sum erant medicorum infirmitatem, aiebat, Vtiq; dictis mihi hanc similitudinem, Medice, cura te ipsum: pro eo, Non sum ego eorum similis, qui seipso curare nequeunt. Ego sum verus medicus, & bonus pastor, qui pono animam meam pro ouibus, habens facultatem curandi omnem morbum & omnem animę molitiem. Ego sum ouis immaculata, semel oblata: & venientes ad me curare valeo. Vera enim sanitas animae proficiscitur à domino solo. Ecce enim, inquit, agnus ^{10. a. d.} Ioh. 1. d

S iij

dei, qui tollit peccatum mundi: animæ scilicet creden-
tis ei, & diligentis eum ex toto corde. Bonus igitur pa-
Simele stor ouem scabidâ curat: quis autem ouem curare ne-
quit ac nisi curata fuerit quis rationalis, qui est homo,
in ecclesiam domini cælestē non ingreditur. Ita enim
dictum est in lege sub vmbra & imagine. Siquidē hæc

Louis. " demonstrans spiritus obscurè loquitur de leproso, Et
8.6. " maculam habens non ingredietur in ecclesiam domi-
ni. Sed præcipit leproso, ut sacerdotē adeat, quē mul-
tis precibus adducat domum tabernaculi sui: & is im-
ponat manus suā super leprā, hoc est locum tactu le-
Lepros p̄e notatum, & curet. Eundē in modum Christus ve-
rus pontifex futurorum bonorum incuruatus ad ani-
mas lepra peccati laborantes, ingreditur tabernacu-
lum corporis illarum, & curat ac sanat affectiones. Et
hac ratione introire poterit anima in cælestem eccle-
siā sanctorum Israēlis veri. Nam quæcumque anima
lepra affectionum peccati laborans, non accesserit ad
pontificem verū, & nunc curata fuerit, in seriem san-
ctorum & ecclesiam cælestē nequaquam ingreditur:
quia eum immaculata sit & pura, immaculatas & mū-
Mat. das quærit animas. Beati enim, inquit, mundo corde:
s. a. " quouiam ipsi deum videbunt. Quandoquidem oportet
animā Christo verè credentē transferri mutarique
ab hoc statu peruerso in aliū bonum statum, & ab hac
abiecta natura in aliam naturā diuinā: ipsam denique
virtute sancti spiritus nouā effici: & hoc pacto poterit
ad regnū cælestē pertinere. Nostrū autem est ista cōse
Simele qui, qui credimus, qui verè diligimus illū, & in omni-
bus sanctis mandatis eius cōuersamur. Si enim tēpote
Elisæ lignū, quod est naturaleue missū in aquā extu-

It ferrū naturæ graue: quanto magis dominus mittet
 hoc spiritū suum leuem, subtilem, bonū & cælestem,
 quō animā in profundis aquis nequitia demersā ex-
 tollat, eleuet, ac euolare faciat ad alta cælorum: &
 transmutabit & conuertet eam à sua natura? Atque ut
 in rebus cōspicuis per se nemo potest traicere nec trā
 sire mare, nisi leuem & tenuem nauiculam è ligno cō-
 structā habeat, quæ sola potest super aquas incedere:
 quia demergitur & interit quis, si ambulet in mari: iti
 dem nequit anima per seipsum trāsgredi, superare aut
 transmittere acerbū mare peccati, & difficultem aby-
 sum improborū spirituum caliginis affectionum, nisi
 suscepit subtilem, cælestem & volatile Christi spiri-
 tū ambulantē & incidentē super omnē nequitiam: cu-
 ius beneficio, recto & brevi cursu ad cælestem quietis
 portū ad ciuitatē regni peruenire poterit. sicut autē
 qui sunt in nauī, nō hauriunt aut bibūt è mari, nec ex
 eo victū aut vestitū sumunt, sed aliunde important in
 nauē: hoc modo Christianorū animæ nō è seculo isto,
 sed desuper è celo cibū cælestē et indumenta capiūt spi-
 ritalia: et inde viuentes in nauī boni viuificique spiri-
 tus incedūt, et trāsgrediuntur aduersarias principum
 & potestatū diras facultates. Et quēadmodū ex vna li-
 gni natura naues omnes construuntur, quibus mole-
 stū mare poterūt homines traicere: sic omnes animæ
 Christianorum vniuersaliter lucis cælestis, variis
 gratiarum donis vniuersus spiritus confirmatæ, omnem
 præteruolant nequitiam. At cū ad feliciter nauigandū
 opus habeat nauis gubernatore, et tēperato amce-
 nōq; vento: hæc omnia est ipse dominus, agens in ani-

S. iiiij

ma fidelis: quam fortiter, feruenter, scitèque, ut ipse nō
uit transgredi facit graues procellas, & feroce malitiæ
fluctus, ventorūmque peccati violentofum impe-
tus, eorum tempestate dissoluta. Siquidem absque cæ-
lesti gubernatore Christo, non datur cuiquā mate ne-
quam potestatum caliginis, & molestarum afflictiones

psalm. » tentationū transire. Ascendunt enim, inquit, usque ad
106.c. » cælos, & descendunt usque ad abyssos. Omnem porrò
nouit artem gubernandi, nec nō bellorum atque tenta-
tionum, calcans pedibus fluctus immites. Ipse enim,

Hebr. » ait, tentatus potens est & eis qui tentantur, auxiliari.
2.d. » Quamobrem conuersti oportet ac transmutari ani-
mas nostras à præsenti conditione in alterum statum
& diuinam naturam: è veteribus nouos fieri, hoc est è
truculentis & infidelibus bonos, benignos atque fide-
les: & sic idoneos regno cœlesti constitui. Beatus enim

Paulus de sua conuersione & assumptione, qua com-

philip. » prehensus est à domino, scribit ista, Sequor autē, si cō

3.c. » prehendam, in quo & comprehensus sum à Christo.

Symbole paulus Quo igitur pacto cōprehenditur à deo? Quemadmodum si tyrannus captiuos quosdam abducat, quos ra-
puerat: deinceps recuperentur à vero rege: ita quoque
Paulus cùm à tyrannico spiritu peccati torqueretur,
persequebatur & deuastabat ecclesiam: at quoniam
nō odio dei, sed per ignorantē hoc agebat, tanquam
certans pro veritate, non est neglectus: sed apprehen-
dit eum dominus, cœlestis rex & verus, ubi circum-
fulsisset arcano modo: illūmque voce sua dignatus, in
facié percussum, ut seruū liberauit. Vide bonitatē &
conuersionem qua vtitur dominus, quo pacto mutare

poteſt animas vitio adhærentes , & feroceſ effectas ,
& horæ momento in ſuam iplius bonitatem & tran-
quillitatem traducere . Cuncta enim ſunt apud eum
poſſibilia : vt in latrone contigit , qui horæ momento
per fidem conuersus eſt , & translatus in paradiſum .
Idcirco venit dominus , vt immutet ac reformet ani-
mas noſtras , illasque faciat , vt ſcriptum eſt , diuinæ
confor tes naturæ , & in animam noſtram con ferat a-
nimam cæleſtem , hoc eſt , ſpiritum diuinum , deducen-
tem nos in omnem virtutem : quò viuere poſſimus vi-
tam perpetuam . Debemus ergo nos ex toto corde inc
narrabilibus eius credere promiſionibus : quia verax
eſt qui promiſit . Ideoque diligendus eſt dominus , ac
danda planè opera omni virtutum generi : necnon cū
perfeuerantia , & ſine intermiſſione petendum , vt in-
tegrè perfecte que conſequamur ſpiritum eius promi-
ſum , quò viuificantur animæ noſtræ : quoniam adhuc
in carne ſumus . Nam niſi ſumma fide atque obſecra-
tione fuſcipiat anima in hoc ſeculo ſanctificationem
ſpiritus , fiāque particeps diuinæ naturæ , temperata
cum gratia , cuius beneficio purè ac ſine vlla reprehe-
ſione poſſit omnia mandata peragere non eſt apta re-
gno cælorum . Quicquid enim boni quis iam hinc ob-
tinuerit , hoc iplum in illa die erit illius vita , per patrē
& filium , & ſpiritum ſanctum , in ſecula . Amen .

NVLLIS ARTIBVS

A V T O P I B V S H V I V S M V N D I , S E D
 solo Christi aduentu sanatum esse hominem: cuius magnam
 cum deo cognitionem refert hæc homilia.

HOMILIA XLV.



V I solitariam vitam elegit ,
 cuncta quæ vertuntur in hoc
 mundo , à se aliena atque pe-
 rigrina existimare debet. Nam
 qui te vera crucem Christi pro-
 sequitur , omnibus abnegatis ,
 vel sua ipsius anima , mentem
 debet habere fixam in amorem
 Christi : ut pote anteferens dominū parentibus , fra-
 tribus , vxori , liberis , cognatis , amicis , ac facultati-
 bus . Hoc enim disertè dominus expressit , his ver-
 bis , Quicunque non dimiserit patrem , aut matrem ,
 aut fratres , aut vxorem , aut liberos , aut agros , & me
 secutus non fuerit , non est me dignus . In nullo enim
 alio inuenitur hominum salus & requies , ut audiui-
 mus . Quot siquidem reges emerserunt è genere Adę ,
 qui terram vniuersam obtinebant , & de regia poten-
 tia gloriabantur : quorum tamen nullus ex ea rerum
 copia perspicere potuit vitium è transgressione primi
 hominis accedens animæ à quo sic obtenebrata est , ut
 minimè mutationem agnosceret : nempe mentem an-
 tea , cum esset pura & in dignitate constituta , vidisse

dominum suum, modò verò propter lapsum induitam esse pudore, excècatis cordis oculis, ne possint intueri gloriam illam, quam spectabat Adam pater noster, an tequam obaudiuisset? Porrò sapientes in mundo fuere diuersi generis: quorum alij virtutem philosophiae demonstrabant; alij admirationi sunt habiti, quod sophistica exercebant, alij vim in dicendi facultate positā docebant, alij grammatici cum essent & poëti, pro instituto scribebant historias. Varij quoque fuerunt artifices, qui sparsas per mundum artes exercuerūt: quorum alij tornates ligna, auium & piscium genera, imagines etiam hominum expresserunt, in illis suam industriam ostendere conati: alij in ère similitudines & statuas, aliaque nonnulla sculpere tentauerunt, alij ingētia & splendida fabricauerunt ædificia: alij fodientes terram, argentum & aurum, quod corruptitur, referrūt: alij preciosos lapides: alij verò specie corporis exornati, cum de forma vultus efferrentur, à Satana magis illecti, lapsi sunt in peccatum. Atqui hi omnes, quos antè commemorauimus, artifices, ab intus habitante serpente occupati, & non cognoscentes secum habitate peccatum, captiui seruīq; facti sunt peruersæ potestatis, à scientia & arte sua nihil adiuti. Quare mundus omni terū variarum genere plenus, similis est locupleti viro domos splendidas & amplas habenti, aurum item & argentum, ac possessiones varias, familiāmq; cuiusvis generis copiosam: cui cū toto corpore morbis & doloribus detineretur, adfuerūt omnes cognatis cū opibus omnimodis: qui tamē ipsū ægritudi ne liberare nequiuenterūt. Nulla ergo diligētia eius qui

versatur in mundo, non fratres, non diuitiæ, non robur, non alia quæcunque antè commemorata sunt, animam immersam peccato, & quæ purè perspicere nequit, eripiunt à peccato, excepta sola Christi præsentia, quæ potest animam & corpus expurgare. Quamobrè omni huius vitæ solicitudine liberati, demus operā domino, clamantes ad illum noctu diuque: quia mundus hic conspicuus, & quæ datur in eo requies, quanto suauius fouere corpus videntur, tanto grauius animæ dolores exacerbant, & augent eius ægritudinem. Itaque vir quidam non insipiens cùm instituti curam agere peroptaret, conatus est experiri omnia quæ voluntantur in hoc seculo, si quo tandem modo fructum aliquem consequi posset: accessit ad reges, potentes, & principes, nec inde nactus est medelâ salutarem, quā adferret animæ: diuque cum illis conuersatus, nihil profecit: denuo se contulit ad sapientes huius mundi & oratores, quos itidem reliquit, nullum referens lucrum: transiit per pictores, & eos qui aurum & argentum educunt è terra: denique per omnes artifices: nec ullam curam vulneribus suis inuenire potuit. Tandem cùm ab his recessisset, implorabat sibi deum, qui sanat affectiones & morbos animæ: at cùm scipsum perpenderet, & hęc ratiocinaretur, accidit, vt mens eius res illas odiſſe cœperit, à quibus antè occupata plane recesserat. At verò sicuti mulier quæpiam in mundo locuples, licet pecunias non paucas habeat & domum splendidam, caret tamen auctoritate: in quam si insurgant multi, vt et noceant ac domicilia deuastent; illa nō ferens iniuriam,

obambulat quærens virum potentem, idoneum, & in omnibus eruditum: cùmque multis laboribus exhaustis talem vitum nacta fuerit, exultat illius causa, & habet illum pro muto valido. Haud aliter anima post transgressionem ab aduersaria potestate grauiter afflita, & in magnam vastitatem delapsa, vidua & desolata propter transgressionem mandati, à viro cælesti relicta, & omnibus hostilibus potestatis effecta ludibrio (illam enim sua mente destituerunt, atque deturbauerunt, ab intellectu cælesti, ne videat quæ in ipsam perpetrantur ab illis: sed ab initio ita contigisse existimet) deinceps ut percepit auditu viduitatem suam, ac desolationem, in conspectu humanissimi dei deplorauit, vitam reperit & salutem. Quamobré? Quia reuersa est ad cognitionem suam. Nulla enim talis est familiaritas atque opitulatio, qualis est animæ erga deum, & dei erga animā. Nam creauit deus auium diuersa genera: quasdam ut nidulentur in terra, & in ea pascantur & quiescant: statuit alias nidificare sub aquis, & inde viuere: duplicem quoque mundum fabricauit, vnum superiorem administratorum spirituum causa, quos illic cōuersari cōstituit: alterum inferiorem sub hoc aëre, hominum gratia. Creauit etiam cælum & terram, solem & lunam, aquam, arborēsque fructiferas, nec nō cuiuscunque generis animalia: in nullo tamen horum requiescit deus. Vniuersa creatura potitur ille, non tamen in illis thronum fixit, neque contraxit societatem nisi cum homine. Cum illo dūtaxat placuit ei societatem habere, & in illo conquiescere. Viden;

Cognationem dei cum homine, & hominis cum deo?
 tio dei et Quapropter sagax & prudēs anima cunctas percur-
 hominis tens creaturas, sibi quietem ipsa nō reperit, nisi in do-
 inter se. mino solo: nec domino complacuit in vlo, p̄t̄erquā
 in solo homine. Si explices oculos ad solem, circulum
 eius reperis in cælo, lumen autem & radios in ter-
 ram vergere, & ad terram tendere vim omnem lu-
 cis & splendorē. Sic etiam dominus sedet à dextris
 patris supra omnem principatum & potestatem, ocu-
 lum autem suum extensem habet in corda hominum
 in terra degentium: vt auxilium eius excipientes , il-
 Ioan. » lucubi ipse est, extollat. Quoniam, inquit, vbi sum
 12. d. » ego , illie & minister meus erit. Et iterum Paulus,
 Ephes. » Conresuscitauit & confidere fecit ad dextram suam
 2. a. » in cælestibus . Cæterū animalia ratione carentia
 sunt multo sagaciora , quām simus. Etenim horum
 vnumquodque cum his quæ sunt eiusdem naturæ cō-
 uenit , agrestia cum agrestibus , & oues cum sua
 specie. Tu verò minimè reuerteris ad cognationem
 tuam cælestem , quæ est dominus : sed cogitationi-
 bus tuis te tradis , & assentiris cogitationibus vitio-
 sis , factus adiutor peccati : cuius ministerio tecum
 ipse bellum geris , & ita te ipsum hostis pabulum con-
 stituis: perinde ac si deuoretur avis ab aquila rapta,
 aut ouis à lupo , aut puer ignorans serpenti manum
 porrigit , à quo depastus incendatur. Similitudi-
 nes enim gerunt velut effigiem rerum spiritualium.
 Quo autem pacto virgo locuples desponsata viro,
 quæcunque dona acceperit ante coniunctionem , si-
 ue pertineant ad mundum , siue ad vestitum , seu ad

*Simile
poter*

Simile

supellectilem preciosam , non quiescit in illis , donec tempus nuptiarum accesserit , & societatem adepta fuerit : ad hunc modum anima cælesti sposo in sponsam aptata , arrabonem spiritus accipit , siue gratiam sanandi , siue scientia aut reuelationis : non tamen in illis conquiescit , donec plenam societatem consequatur , nempe dilectionis . Quæ quidem non mutatur , nec excidit : & imparibiles ac immotos reddit illos qui tenentur eius desiderio . Aut velut infans circundatus margaritis & indumentis preciosis , ubi esurierit , nihil facit quæ gestat : sed neglectis illis omnem solicitudinem habet sitam in alimenti mappa , quo pacto lac sumat : idem putato mihi etiam in muniberibus spiritualibus à deo collatis . Cui gloria in secula . Amen .

aurea

S. mule

aurea

DE DIFFERENTIA

INTER VERBUM DEI , ET
*verbum mundi: & inter filios dei, & filios
 huius mundi.*

HOMILIA XLVI.



VERBUM dei deus est , & mundi verbum mundus . Magnum vero discrimen est & interuallum inter verbum dei & verbum mundi , ac inter filios dei & filios mundi . Vtraque enim propago parentum suorum

similis est. Quapropter si filius spiritus verbo mundi tradere se velit, & negotiis terrenis atque gloriae hu-
ijs seculi, enecatur & perit, nec petet asequi veram
vitæ quietem: quoniam eius requies ibi sita est, vnde
prognatus est. Suffocatur enim, vt inquit dominus,
& infructuosus redditur, quo ad verbum diuinum,
qui secularibus curis detinetur, & illigatur vinculis
terrenis. Itidem qui carnali occupatus est intentione,
hoc est, homo mundanus si velit audire verbum dei,
suffocatur, & veluti quispiam rationis expers effici-
tur. Siquidem illecebris vitiorum assuetati, cum
quid de deo audierint, tanquam molesto sermone per-
I. Cor. " turbati, infestantur animo. Paulus quoque ait, Ani-
2. d. " malis homo non percipit ea quæ sunt spiritus. Stulti-
" tia enim est illi. Dicit etiam propheta, Factus est illis
" sermo dei, quasi vomitus. Vides, non dari vt viuatur
alibi quam ea qua quisque natus est ratione. Quin-
etiam aliter de hoc est audiendum. Si carnalis homo
seipsum deuoueat, vt immutetur, illic prius moriatur
oportet, ac inutilis fiat illi pristinæ flagitiosæ vite. Ita-
que veluti si quis morbo aut febre detineatur, et si cor
pus iacet in cubili, nullam habes facultatem opus ter-
renum perficiendi, non tamen quiescit animus, sed
circunfertur & curat quæ sunt agenda: exquirit me-
dicum, missis ad illum amicis. Non aliter etiam anima
a transgressione precepti, affectionum ægritudine la-
borans & remissiore effecta, ubi accedit ad dominum,
& credit, ab eo remunerationem accipit: & ab nega-
to genere prioris vitæ pessimæ, licet antiqua infirmi-
tate decumbat, & opera vitæ verè peragere nequeat,
habet

habet nihilominus & potest curare diligenter quæ pertinent ad vitam, deprecari dominum, & verum medicum indagare. Neque, ut aiunt quidam prava doctrina seducti, prorsus mortuus est homo, ut nihil planè boni possit agere. Nam infans et si quicquā age-re nequit, aut propriis pedibus ad matrē pergere imbecillitate impeditur: voluitur tamen, clamat & fler,
summe

inquirens matrem: in quo intimè afficitur mater, & gaudet de pūsione cum labore & clamore illam inquirente: & cùm ad eam ventre non possit, nihilominus ipsa mater amore pueri capta, ob multam eius explorationem abit ad illum, amplectitur, circunfou-
tus
uet, & intima cum dilectione alimentum præbet.

Hoc ipsum etiam benignus deus præstat, accendentis & ipsum desiderantis animæ gratia: immo multo magis ipse interno ductus amore & propria benignitate, adhæret intellectui ipsius, & in vnum cum illa spiritum euadit, iuxta sermonem apostolicū. Cùm enim adhæreat anima domino, & dominus misericodia & charitate motus se conferat ad illam & adhæreat ei, intellectus adhæc continenter perseveret in gratia domini, anima dominusque fiunt unus spiritus, unus temperamentum, & unus intellectus: cùmque corpus animæ illius humi iaceat, tota mens eius planè versatur in Ierusalem cœlesti, ascendens usque in tertium cælum: ubi adhærens domino, ministrat ei: ipse vero in throno magnificentiae sedens in excelsis in ciuitate cœlesti, penitus est cum illa in corpore eius: quoniam imaginem illius in cœlesti sanctorū ciuitate Ierusalē sursum collocauit, suam vero

T

luminis arcani atq; diuinitatis suæ imaginē cōstituit
 in illius corpore: ipse ministrat ei in ciuitate corporis,
 ipsa verò inseruit illi in ciuitate cælesti: hæc illum in
 cælis hæreditario iure possidet, ille contra hæreditatis
 nomine possidet illā in terra. Dominus enim sit hære
 ditas animæ: anima quoq; sit hæreditas domini. Nam
 si peccatorū in tenebris agentium intellectus & mens
 tam procul esse potest à corpore, longius peregrinari,
 & horæ momento in regiones longiores abire, ac
 sæpenumero in terra relicto corpore in aliena patria
 cum dilecto vel amica degit, & illic seipsum quasi
 commorantem spectat. Si igitur peccatoris anima est
 adeò subtilis & volatilis, vt mens illius non arcea-
 tur à remotioribus locis: quanto magis anima, à qua
 velamen tenebrarum ablatum est virtute sancti spi-
 ritus, & lumine cælesti illustrati sunt intellectuales
 eius oculi, perfecteque vindicata est ab obscoenis af-
 fectionibus, ac munda per gratiā effecta, tota spiritu
 domino ministrat in cælis, & tota in corpore seruit
 illi: tantumq; extenditur intellectu, vt ipsa sit vbius,
 & vbi & quando libuerit, Christo ministret? Hoc di-
 phes. » xit apostolu, Vt possitis cōprehendere cum omnibus
 3.d. » sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas,
 » & profundū, scire etiā supereminē scientiā chari-
 » tam Christi: vt impleamini in omnē plenitudinem
 » dei. Perspicito secretā mysteria animæ, à qua dominus
 aufert insitas tenebras: reuelat eā, & reuelatur ei: quo
 pacto dilatet & extēdat scientiā mentis illius in lati-
 tudines, lōgitudines, profunda, & sublimia vniuersæ
 visibilis & inuisibilis creaturæ. Magnum ergo re vera

diuinūmque opus & admirandum est anima: ut poterat
 quam dum cōderet deus, talem creauit, ut cum illius
 natura nihil admisceret vitii: sed ad imaginem virtutum
 spiritus fecit illam: & in ea locauit leges virtutum,
 discretionem, scientiam, prudentiam, fidem, dilectionem,
 & reliquas virtutes, ad imaginē spiritus.
 Siquidem adhuc in ea nunc reperias scientiam, prud-
 entiam, dilectionē & fidem: cīque manifestatur do-
 minus: in illa posuit intellectum, cogitationes, volun-
 tam, ac mentem ducem p̄cipuam. Constituit etiā
 in ea multiplicem aliam subtilitatem: fecit illā valde
 mobilem, volatilem, & in defessam. Donauit illi, ut
 momento ire redireque possit: & mente in seruite do-
 mino, prout dictauerit spiritus. Atquē, ut semel dicā,
 talem creauit illam, ut ipsa sponsa sit eius & socia: ut
 contemperetur cum illa & cum eo fiat unus spiritus,
 quemadmodum ait, Qui adhæret domino, unus spi-
 ritus est. Cui gloria, in secula seculorum. Amen.

EXPLICATIO ALLE-

GORICA QVORUNDAM SVB
lege factorum.

HOMILIA XLVII.

V A M gerebat Moses gloriam in
 facie, typus erat veræ gloriæ. Nam
 quemadmodum illo tempore Iudæi
 non poterant fixis oculis vultum
 Mosis intueri: ita nunc gloriam il-
 lam lucis recipiunt in anima Chri-

T



stiani . cuius lucis splendorem tenebræ non ferentes
 2 fugantur obcæcatæ. Illi præterea ex circuncisio-
 ne agnoscebantur esse populus dei : modò verò po-
 pulus dei peculiaris intus notam circumcisionis cor-
 di suo insculptam suscipit. Gladius enim spiritalis su-
 perfluitatem mentis amputat, hoc est impurum præ-
 3 putium peccati . Apud illos baptisma sanctifica-
 bat carnem: apud nos autem est baptisma sancti spi-
 Matt. » ritus & ignis. Hoc enim Ioannes prædicauit, Ipse vos
 3.c. 4 » baptizabit in spiritu sancto & igni. Ibi erat ta-
 bernaculum exterius & interius. In prius taberna-
 culum semper introibant sacerdotes sacrificiorum of-
 ficia consummantes, in secundum autem semel in an-
 no solus pontifex cum sanguine: hoc significante spi-
 ritu sancto, nondum propalatam esse sanctorū viam.
 Hic verò qui digni sunt, ingrediuntur in tabernacu-
 lum non manufactum, quò præcursor pro nobis in-
 5 troit Christus. Scriptum est in lege , vt sacerdos
 accipiat duas columbas , quarum alteram mactet,
 & illius sanguine vivam asperget , quam liberam
 euolare dimittat. At quod agebatur , typus erat &
 vmbra veritatis. Etenim immolatus est Christus ,
 cuius sanguis nos aspergens fecit vt produceremus
 pennas: quia dedit nobis alas spiritus sancti , vt si-
 6 ne impedimento volemus in aëra diuinum. Illis
 data est lex in tabulis scripta lapideis: nobis verò le-
 ges spiritales scriptæ in tabulis cordis carneis. Ait
 Jerem. » enim , Dans leges meas in cordibus illorum , & in
 31.f. » mentibus eorum inscribam eas. Et illa quidem om-
 nia abolebantur , & erant temporanea: nunc autem

cuncta verè perficiuntur in interiori homine: quia
testamentum etiam est intrinsecus. Atque, vt in sum-
ma dicam, Quæcunque contingebant illis, in figura 1. Corin-
fiebant: scripta sunt autem ad correptionem nostram. 10.c.

Quandoquidem Abrahæ deus prædixit futurum,
nempe, Semen tuum erit incola in terra non sua: & Genes.
affligerent illud, ac in seruitutem redigent quadringen 15.c.
tos annos. Hoc implebat imaginem vmbrae. nam in-
cola fuit populus, & seruituti subditus ab Ægyptiis
afflictus in luto & latere. Constituebat enim illis
Pharaop r̄fectos & stimulatores operis, vt compel-
lerentur opera sua peragere. Cumque ingemisce-
rent filii Israël ab operibus suis ad deum, tum per Mo-
sem visitabat eos: cæcisque multis plagiis Ægyptiis,
mense florum, quando primū vet amœnissimum
emergit, hyemis prætereunte mætore, eduxit eos
ex Ægypto. Dixit autem Mosi deus, vt acciperet a-
gnum immaculatum, & immolare: cuius sanguine
limina & fores vngareret: ne qui perdebat primogeni-
ta Ægyptiorum, tangeret eos. Videbat enim emi-
nus angelus, qui missus erat, notam sanguinis, & re-
cedebat. In domos autem non signatas ingressus, in-
terficiebat omne primogenitum. Iussit præterea fer-
mentum è cunctis domibus aboliri, agnūmque, qui
mactabatur, cum azymis & lactucis agrestibus man-
ducare præcepit: idque tenibus circuncinctis, & pedi-
bus sandaliis calceatis, baculos tenentes manibus. Et
ita cum omni festinatione ad vesperam edere mādat
pascha domini, offe nullatenus à facie domini com-
minuto. Eduxit autem eos cum argento & auro, cum

iussisset vnumquenque mutuò accipere à vicino suo
 Ægyptio aurea vasa & argentea . Porrò egressi sunt
 ex Ægypto , quando Ægyptij primogenita se pellebat :
 lætantes illi , quòd à squalida seruitute essent libera-
 ti : his verò lugentibus & plangentibus interitum li-
 berorum . Idcirco dixit Moses , Hæc est nox , in qua
 pollicitus est deus se redempturum nos . Hæc autem
 omnia , sunt mysterium animæ per aduentum Chri-
 sti redemptæ . Nam Israël interpretatur , animus vi-
 dens deum . Liberatur ergo à seruitute tenebrarum
 & spiritibus Ægyptiacis . Cum enim per inobedien-
 tiā homo mortuus esset graui morte animæ , & ma-
 ledictionem accendentē maledictioni suscepisset (Tri-
 Gen: 3. c. bulos & spinas producit tibi terra . & mox , Coles
 terram , & non addet ut præbeat tibi fructus suos)
 creuerunt & exortæ sunt in terra cordis eius tribu-
 li : dolo eripuerunt hostes gloriam eius , & indu-
 runt eum pudore : priuatus est lumine suo , & indu-
 tus tenebris : interfecerunt animam eius , dissipatis
 ac diuisis illius cogitationibus : deturbarunt ab alto
 mentem eius , & factus est Israël homo inseruiens ve-
 ro Pharaoni . Et constituerunt ei præfectos & stimu-
 latores operis , spiritus nequitiæ , cogentes eum volen-
 tem nolentem flagitiosa sua opera committere , ac lu-
 ti laterisque constructionem implere . Qui etiam di-
 mouentes eum à sapientia diuina , abduxerunt ad cras-
 sa , terrena , lutoſaque opera dura , ad sermones , conce-
 ptiones & cogitationes vanas . Vbi enim à sua maie-
 state excidisset anima , naœta est infestum homini re-
 gnum , principes ſeueros , qui cōpellant eam vitij pec-

catique vrbes construere. At verò si suspireret, & ad deum clamet anima, mittit ei spiritalem Mosem, qui redimat eam ab Ægyptiorum seruitute: prius tamen clamat & ingemiscit, tum redemptionis consequitur initium. Ipsa quoque redimitur tempore verno, mens florum recentium: cùm animæ terra potest emittere pulchros & florētes ramos iustitiæ, præterita graui hyeme ignorantia tenebratum, & ingenti prouentu obscœnarum actionum & peccatorum. Adhæc præcipit tum è singulis domibus omne fermentum antiquum expelli, nempe actiones & consilia veteris hominis, qui corrumpitur, peruersas cogitationes & cōceptiones sordidas, quoad fieri potest, abiicere. Macta ri decet agnum & immolari, eiisque sanguine fores inungi. Christus enim verus, bonus, & immaculatus agnus mactatus est: cuius sanguine vñcta sunt limina cordis: ut sanguis Christi effusus in cruce, animæ quidem cedat in vitam & redemptionē, dæmonibus autem Ægyptiacis in luctum & mortem. Re enim vera sanguis agni immaculati luctus est illis, gaudium autem & exultatio animæ. Deinde post vunctionem iubet ad vesperam edere agnum, & azyma cum lactucis agrestibus, cinctos renibus, calceatos, & habentes baculos in manibus. Nisi enim prius ex omni parte per opera bona, quantum in ipsa est, præparata sit anima, non conceditur illi vt edat de agno. Et enim licet suavis sit agnus, & azyma bona, lactucæ tamen amaræ & asperæ. Quocirca cum summa afflictione & molestia de agno & gratis azymis edit anima, illam affligente, quod secum habet,

» peccato. Et ait, ut ad vesperam edatur: hora autem vespertina, media est inter lucem & tenebras. Sic est anima in ipsa redēptione, inter lucem & tenebras intercedit, assistente virtute diuina, quæ non sinit tenebras in animam insurgere, illamque absorbere. Ac sicuti Moses dixit, Hæc est nox promissionis dei: ita Christus in synagoga cùm illi datus esset liber, ut scriptum est, appellauit annum domini acceptabiliem & diem redēptionis. Ibi erat nox restitutio[n]is, hīc dies redēptionis: & meritò. Omnia enim illa erant figura & umbra veritatis, & mysticè præfigurata describebat obscurè veram salutem animæ tenebris inclusæ, in infimo lacu clām compeditæ ac reclusæ portis æneis: utpote quæ liberari non poterat absque redemptore Christo. Educit igitur animam ab Ægypto, & à seruitute qua premebatur in ea, interfectis in egressu primogenitis eius. Iam enim pars quædam potentie veri Pharaonis occidit. Luctus occupat Ægyptios: quoniā ingemiscunt, ægrè ferentes captiuū salutem. Mutuari præcipit ab Ægyptiis vasa aurea & argentea: & cùm acceperint, egredi: quia dum exit è tenebris anima, argentea & aurea vasa accipit, nempe suas probas cogitationes septuplo ardētores, quibus inseruitur deo, & deus conquiescit in illis. Occuparant enim qui prius erant eius vicini dæmones, ac dissipauerant illius cogitationes. Beata anima, quæ redempta est è tenebris. Et vœ animæ, quæ non clamat nec suspirat ad eum qui liberare potest illam à molestis & acerbis illis operum exactoribus. Post celebratum pascha, filij Israël abeunt: proficit

anima, quæ vitam sancti spiritus accepit, de agno gustauit, eius sanguine vñcta est, & verum panem, verbū viuum manducavit. Columna ignis & columna nubis conseruans præcedit illos: hos spiritus sanctus confirmat, fouens & sensim deducens animam. Animaduertens Pharaon cum Ægyptiis fugam populi Israëlitici, seque seruitio eorū priuatum esse, etiam post primogenitorum cædē persequi ausus est. Iūctis itaq; diligenter curribus suis ad eos delendos cum toto populo ferebatur: cùmque futurū esset, vt permisceretur illis, intercessit nubes, quæ Ægyptios quidē impediebat & obtenebrabat, Israëliticis autem lucē adferebat & cōseruabat eos. Et ne totā euoluens historiā, protrahā sermonem, sumito mihi per omnia similitudinem cū spiritualibus. Cùm primū enim anima effugit Ægyptios, accedens potentia diuina fert opem, & deducit eam ad veritatē. At vbi spiritualis Pharaon, rex tenebrarum peccati nouit animam ab ipso deficere, & vitare cogitationes quibus olim detinebatur in regno suo (si quidē hæ sunt facultates illius) arbitratus est ac sperauit truculentus ille denuò illā ad eum reddituram: qui cùm intelligeret, animā omnino tyrannidē eos fugere, impudentiū clade primogenitorum & furto cogitationū accutrit, veritus ne forsan anima prorsus effugiente, nemo inueniatur qui voluntatem & opus eius perficiat: idcirco afflictionibus, tētationibus, bellisq; nō conspicuis prosequitur illā. Hic probatur, hic téatur, hic perspicitur amor quo cōplectitur cū qui eduxit illā ab Ægypto: quia probanda traditur, & quo quis modo tentanda. Videt siquidem hostis facultatem ag

gredi volentem & interficere: quę tamē non possit, eo
quòd inter animam & spiritus Ægyptiacos dominus
stet intermedius. Spectat autē ab anteriori parte ama-
ritudinis, tribulationis ac desperationis mare: nec re-
trō cedere potest, cū videat hostes paratos, nec in ante-
riora pro gredi, cū metus mortis, graues & variae affli-
ctiones, quibus premitur, mortē illi ponāt ob oculos.
Igitur de seipsa desperat anima, habēs in se sententiā
mortis propter circundantem illam malorū multitu-
dinē. Cūm autem deus animā metu mortis penē labi
animaduerterit, hostēmq; paratissimum ad deuoran-
dam eam, tum exiguum pr̄ebet auxilium, longanimi-
ter agens cum anima & probans eam, an stet in fide,
& an diligat eum. Talem enim viā statuit deus, quę
deducit ad vitam: degere in tribulatione, & angustia,
in probatione multa & temptationibus acerbissimis: vt
inde postea occurrat anima per afflictionem ingérem
et mortē ante oculos positā: tunc manu valida & bra-
chio excelso per illustrationem sancti spiritus fran-
git vires tenebrarum, & transit anima fugiens per
horrenda loca, traicit mare caliginis & ignis omnia
deuorantis. Hæc sunt animæ mysteria, quę verè com-
plentur in homine, qui studet ad promissam vitā per-
uenire, quíve redēptus est ē regno mortis, & accepit
arrabonē à deo, particeps effectus spiritus sancti. De-
inceps liberata ab hostibus suis anima, acerbo ma-
ri virtute diuina traiecto, vbi prospicit hostes, qui-
b° nuper inseruiebat, ante oculos interiisse, accepta à
deo consolatione exultat indicibili et glorioſo gau-
dio, & requiescit in domino. Tū spiritus, quem acce-

pit, canit deo canticū nouū, tympano, nempe corporis, & citharæ sive animæ chordis rationalibus, cogitationib[us]que subtilliſſimis, ac pleſtro gratiæ diuinæ, & ad Christū viuificū hymnos transmittit. Nā quemadmodū spiritus transiens per fistulā, vocem emitit: ita per sanctos & spiritu præditos homines, spiritus sanctus mundo corde laudat, psaliit, & precatur deū. *Simile*
Santij

Gloria sit ei, qui liberauit animā à seruitute Pharaonis, & constituit illam suum thronum, domicilium, templum & sponsam mundam, eāmque adhuc in hoc mundo existentem introduxit in regnum eternæ vite

In lege animalia ratione carentia offerebantur in sacrificium: quæ niſi maetarentur, gratiæ non erant oblationes. Modò quoq; niſi occidatur peccatum, oblatione non est accepta apud deum, & vera. Venit populus in Māran, vbi fons erat aquam emittens amaram & ad bibēdum inutilem. Iubet ergo deus Mosem h[ab]itantem proicere lignū in aquā amaram: lignoq; sic immisso facta est aqua dulcis, & ab amaritudine mutata, ut ille & potabilis effecta est populo dei. Ad h[ab]unc quoq; modū anima quādo bībit vīnū serpentis, amaritudinem contraxit, & facta est similis eius amaræ naturæ, ac peccatrix euasit. Propterea deus immittit lignū vitæ in ipsum fontem cordis amarū: qui ab amaritudine trāsmutatus & contéperatus cū spiritu Christi, dulcedinē recipit: & hac ratione fit idoneus, & cedit in obsequiū domini sui: quia fit spiritus gestans carnem. Gloria sit ei qui nostram amaritudinem mutauit in dulcedinem & probitatem spiritus. Væ illi, in quē lignum vitæ non est inieictum: quia non potest aliquam mutationem idoneam obtinere. Virga Mo-

8 *Simile*

ferrato

9 *Simile*

anima

10

Sunt le
xpi
Omnia propter anima.

sis duplicem gerebat imaginem. Nam hostibus occur
 rebat, ut serpēs mordens & enecans: at Israēlitis erat
 vice baculi, quo nitebantur. Sic etiam verum lignum
 crucis, qui est Christus, hostium quidem spirituū ne
 quitię mors est, animarū verò nostrarum baculus, tuta
 sedes, & vita, in quo conquiescunt. Siquidem antè fi
 gutæ fuerūt & vmbrae, quā hæ res verę: quia cultus an
 tiquus est vmbra & imago cultus præsentis. Item cir
 cuncisio, tabernaculum, arca, vrna, manna, sacerdoti
 um, incensum & ablutiones, atque, ut semel dicam,
 quæcunque siebant apud Israēlitas, in lege Mosaica,
 & temporibus prophetarum, ipsius animę causa facta
 sunt: quæ ad imaginem dei creata, sub iugum seruitu
 tis cecidit, ac sub regnū grauiū tenebrarum. Cùm hac
 enim deus societatē inire voluit, & hāc aptavit sibi in
 sponsam regiam: hanc purgat sordibus, & abluens ni
 gredinē eius & turpitudinem, splendida reddit, mor
 talitatē viuiscitat, contritioni medetur & placat eam,
 inimiciis eius conciliatis. Etenim cùm sit creatura,
 in spōsam filio regis aptata est: eāmq; propria virtute
 deus suscipit, paulatim immutans, donec ad suum in
 crementum perduxerit eam. Extendit enim eam, &
 crescere facit ad infinitum & immensum augmentū:
 donec immaculata & eo digna sponsa fiat. Primū
 enim gignit illam apud semetipsum, ac per seipsum
 auget, donec integrum assedita fuerit dilectionis eius
 mensuram. Nam cùm ipse sit sponsus perfectus, assu
 mit eam spōsam perfectam, in sanctam, mysticam, &
 impollutam nuptiarum societatem: tūmque regnat
 cum illo per infinita secula. Amen.

DE PERFECTA FIDE
IN DEVM.

HOMILIA XLVIII.

OMINVS volens suos disci-
pulos ad perfectam fidem addu-
cere, dicebat in euangelio, Qui
in modico iniquus est, & in ma-
iori iniquus est. Et qui fidelis est
in minimo, in maiori fidelis est.
Quid est modicum illud, quid-
ve magnū? Modicum, sunt pro-
missiones ad hoc seculum pertinentes: quibus polli-
citus est se præstaturum credentibus in eum, verbi gra-
tia, victum, vestitum, & reliqua quæ faciunt ad pro-
sperum statum & valetudinem corporis: de quibus
præcepit ne quis omnino sit sollicitus, sed per fiduciā,
quam concepit de eo, credat, dominum per omnia
prouidere his qui perfugiunt ad illum. Magnum autē
sunt æterni atq; incorruptibilis seculi dona, quæ pro-
misit se collaturum credentibus ei, quique de illis sine
intermissione sunt solliciti, & poscunt ab eo: quia præ-
cepit, Vos autem, inquit, primūm quærite regnū dei,
& iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis: vt
ex his modicis & temporaneis quisque probetur, an
credat deo, qui promisit se daturum, modo nos talia
nihil curemus, sed de futuris duntaxat æternis solliciti
simus. Itaq; tunc perspicuum est, illum habere fidē de
incorruptibilibus, & re vera quætere perpetua bo-

Lu.16.d

Mat.6.d



na, si de iam dictis sanam conseruet fidē. Debet enim quisque eorum qui obtemperāt verbo veritatis, probare seipsum, ac discutere, vel à spiritualibus viris discerni atque examinari, quo pacto credidit ac dedicauit seipsum dō: an certò in veritate iuxta verbū eius: an opinione iustificationis & fidei quā habet apud se, credere se existimet. Nā an in modico quisque sit fidelis, ex momentaneis inquā iudicatur & arguitur: quo verò modo, audi: aīsne te credere dignū haberi regno cælorum, & natum desuper esse filium dei, & cohærem Christi, tēque regnaturum cū illo per omnia secula, ac deliciis fruiturum in lumine arcano seculis infinitis & numero carentibus, quemadmodum & deus? Vtiq; dices, Proculdubio. Propter hāc enim causam à mūdo recedēs meipsum domino deuoui. Te igitur ipsum discutito, nū fortè curis terrenis adhuc detineare, sitq; tibi solicitude nō parua de alimento corporis & amictu, necnon de reliquis studiis & recreatione: quasi tua facultate possis & prouideas tibi ipsi: de quibus mandatū est, quantum ad te attinet, nō esse prorsus solicitum. Si enim accepturū te credis quę sunt immortalia & perpetua, quę permanent & nō corrumpuntur: quāto magis hāc prætereuntia & terrena credere debes dominum tibi donaturum, quę vel impiis hominibus, bestiis ac volucribus largitus est: vt præce-

Matt. „ pit horū curam omnino non gerere, dicēs, Ne solliciti
 6.d. „ sitis, quid māducetis, aut quid bibatis, aut quo operia
 mini: hāc enim omnia gētes inquirunt. Sin de istis ad
 huc es sollicitus, & nō credis teipsum totum verbo illius,
 scito te nō credere eterna bona, quod est regnum

cælorum accepturū: sed fidem habere te putas, qui in
exquis & corruptilibus incredulus adhuc inueni-
ris. Et iterū, Sicuti corpus plus est quā vestimentū: sic Mat. 6. 6
anima plus est quā corpus. Credis ergo à perpetuis &
incurabilibus apud homines vulneribus, hoc est ab i-
gnominiosis affectionibus per Christū animam tuā
sanari, cuius gratia dominus etiā huc venit, vt nūc fi-
deliū animas curet à non sanabilibus affectionibus,
& expurget à sordibus lepræ vitiorū, qui solus est ve-
rus medicus & curator? Dices planè, Credo. in hoc e-
nīm cōhīsto, spēmque talem habeo. Idcirco teipso dis-
cussō agnosce, num aliquādo morbi corporei te dedu-
cāt ad medicos terrenos: quasi Christus, cui credidisti
curare te nequeat. Vide, quo pactō te ipsum decipiās:
quia te fidē habere putas, qui nondū verē credis, quē-
admodum oportet. Si enim immortalis animē perpe-
tua & incurabilia vulnera affectionēsq; vitiosas cre-
didiſſes à Christo curari, crederes etiam, eum sanare Pro ^{va-}
posse corporis morbos & affectiones téporaneas: at- letudine
que ad ipsum duntaxat cōfugeres, contēpta medico- corporis
rum industria & curandi facultate. Nam qui crea- ad deum
uit animam, ipſe quoque corpus fecit: & qui illam potius q̄
immortalem sanat, non minus corpus à momētaneis ad medi
affectionibus & morbis curare potest. Atqui hæc vti- cos cōfia
que mihi dices, Curādi corporis causa dedit deus her giendū.
bas terræ & pharmaca, medicorūmq; officia prēpara-
uit ad morbos corporis: dispensans, vt corpus è terra
sumptū, variis è terra rebus curetur. Confiteor & ego,
hęc ita se habere. Verū attēde, & modū intelliges, qui-
bus hæc deus dederit, & quibus per summam & in-

finitam benevolētiam & benignitatē cōcesserit. Cūm
 ex cīdisset homo à mandato quod acceperat, & in sen-
 tentiam iræ incurrisset, à deliciis paradisi extermina-
 tus, in hunc mundum, tanquā in captiuitatem & in-
 famiam & in officinam cuiusdam metalli, sub pote-
 statem tenebrarum redactus, ac affectionū errore fa-
 ctus infidelis, delapsus est in affectiones & morbos
 carnis, qui prius erat impatibilis, & expers morbi.
 Perspicuū porro est, omnes quoq; homines ex eo na-
 tos iisdem affectionibus esse factos obnoxios. Quocir-
 ca deus ingenti clementia motus, nolens penitus inte-
 rire peccans hominum genus, ista cōcessit infirmis &
 incredulis. Sed ad demulcendum, sanandum & curá-
 dum corpus, hominibus huius mundi cunctisque ex-
 traneis contulit pharmaca: quibus etiam vti permisit
 eos, qui nondum per omnia deo seipso credere pos-
 sunt. Tu verò qui vitam agis solitariam, qui ad Chri-
 stum accessisti, & dei filius esse desideras, ac desursum
 è spiritu nasci, qui sublimiores & grandiores quam
 primus homo impatibilis promissiones stipulatus es,
 nempe gratissimum aduentum domini, qui peregrin-
 us in hoc mundo factus es: recentiorem quandam &
 inauditam fidem, intellectum, & conuersandū ratio-
 nem præter omnes huius mundi homines, obtinere
 debes. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, in secu-
 la. Amen.

NON

NON SATIS EST, HV-
IVS SECVLI DELICIAS RELIQVIS-
se, nisi quis alterius seculi beatitudinem consequatur.

HOMILIA XLIX.

I Q V I S domini gratia à propriis decesserit, abrenunciarit huic mundo, relictis seculi deliciis, possessionibus, patre, matreque: & scipsum crucifigens, peregrinus, pauper, & egenus fiat: at pro quiete seculi requiem diuinam in seipso non inueniat: pro deliciis temporaneis, spiritus delicias in sua ipsis anima non sentiat: loco vestimentorum corruptibilem, diuinæ lucis amictu non induatur in interiori homine: loco pristini & carnalis huius commercii, societatem cælestem in anima sua certissimè non agnoscat: pro gaudio huius mundi cōspicuo, gaudium spiritus intus non habeat, & consolationem gratiæ cœlestis atque satietatem diuinam in anima non consequatur, ita ut appareat ei gloria domini, quemadmodum scriptum est: denique, ut in summa dicā, vice momentaneæ voluptatis huius, optatam oblectationē incorruptibilem in sua ipsis anima modo nō obtineat: hic sal insipidum factus est: hic miserabilior est cūctis hominibus: hic & secularibus priuatus est, & non fruatur diuinis: mysteria diuina per operationē sancti spiritus in homine interiori non sensit. Hac enim obcau-

sam quispiam fieri solet alienus à mundo , vt anima
 ipsius intellectu migret ad alium mundum & secu-
 lum, ex apostoli sententia, Nostra autem conuersatio,
 philip. „ ait, in cælis est. Et iterum, In carne ambulantes, nō se-
 z. d. „ cundum carnem militamus. Quapropter abnegantē
 2. Cor. „ hunc mundū firmiter credere conuenit, iam nunc ani-
 10. d. „ mo per spiritum ad alterum seculum transeundū esse,
 10. 5. d. „ ibique cōuersari, ac deliciis affluere , spiritualibus frui
 bonis, & è spiritu hominem interiorem nasci, vt dixit
 dominus, Qui credit in me, transiit à morte in vitam.
 Siquidem est alia mors , præter eam quam conspici-
 mus: & alia vita, præter eam quæ subiaceat oculis. Ait
 1. Tim. „ enim scriptura, Quæ in deliciis est, viuens mortua est.
 5. a. „ Et, Sine, vt mortui sepeliant mortuos suos. Quia non
 1. Luc. „ mortui laudabunt te domine: sed nos qui viuimus, be-
 9. g. „ nedicemus domino, Nam quemadmodum sol super
 psal. „ terram oriens, totus est in terra: cùm autem occiderit,
 11. d. „ cūctos cogit radios suos, se recipiens domū suam: hac
 Smale. „ etiam ratione anima, quæ desursum è spiritu renata
 curva a non fuerit, tota cogitationibus suis & consilis versar-
 tur in terra, ac super terram extenditur usque ad limi-
 tes eius : cum autem meruerit habere cælestem nati-
 uitatem spiritus ac societatem , cunctas cogitationes
 suas secum habēs collectas, ingreditur ad dominum,
 in domicilium cæleste, nō manufactum: omnēsque co-
 gitationes eius cælestes, mundæ, sanctæque euadunt,
 migrantes ad aërem diuinum. Anima siquidem è car-
 cere tenebrarum erepta , improbique principis spiri-
 tus seculi: puras & diuinas nanciscitur cogitationes:
 quia deo placuit, hominē naturę diuinę participē fa-

cere. Quare si recesseris à cunctis rebus quæ sunt in vita, & perseueres in precibus tuis, operam hanc quietis plenam potius arbitrabere, & modicam afflictionem atque laborem gaudio & remissione maxima referum existimabis. Etenim si tantorum bonorum nomine tum corpus tuum, tum anima tua per totum vitæ cursum in singulas horas absumerentur, quidnā hoc esset? O ineffabilē pietatis affectum dei, qui dono seipsum largitur credentibus: vt intra modicum tempus hæreditatis iure deum consequatur: vt in corpore hominis inhabitet deus, ac pro speciosa domino hominem habeat dominus. Sicut enim deus creauit cælum & terram, vt incolantur ad homine: ita etiam creauit corpus & animam hominis, in domicilium suum: vt habitet & requiescat in corpore, tanquam in domo sua: habens pro sponsa præclarā dilectionem animam, factam ad imaginem suam. Despondi enim vos, inquit apostolus, vni vito, virginem castam exhibere Christo. Et iterum, Cuius domus sumus nos. Quo enim pacto vir in domo sua summo studio thesaurizat omnis generis bona: non aliter dominus in domum suam, nempe in animam & corpus recondit & thesaurizat diuitias cælestes spiritus. Carterū nec sapientes sapientia sua, neque prudentia sua prudentes, subtilitatē animæ consequi potuerunt, aut de illa dicere, quemadmodum se haberet exceptis quibus reuelatur per spiritum sanctum: ab his duntaxat comprehenditur anima & exacta eius cognitio perspicitur. Verum hīc contemplare, discernito, & intellige: quo pacto, audi: Hic deus est, illa non est

2.Corin.
II.4.
Heb.3.b

deus: hic dominus, illa ancilla: hic creator, illa creatura: hic opifex, illa figmentum: inter huius & illius naturam nihil est commune. At per infinitam, indicibilem, & intellectu non comprehensam eius charitatem ac pietatem intimam placuit illi inhabitare in hoc ipso figurato & creatura intellectu, praestantique & electo operi: vt ait scriptura, Ut simus nos initium aliquod creaturarum eius, in sapientiam & societatem eius. in proximis illius habitaculum, in propriam ac mundam sponsam. Quare cum talia proponantur bona, cum huiusmodi sint emissae promissiones, cum tanta sit erga nos domini benevolentia, ne contemnamus, ô filij, néve cunctemur ad vitam æternam proficiendi, ac nos ipsos beneplacito domini penitus deuouere. Quo circa dominum inuocemus, ut sua diuina potentia redimat nos è carcere tenebroso affectionum obscenarum, & imaginem suam & figmentum vindicatum splendidum reddat, saluam ac puram efficiat animam: & hac ratione digni habeamur societate spiritus: gloriam tribuētes patri, et filio, et spiritui sancto, in secula. Amé.

DEVS EST, QVI PER S A N C T O S S V O S E T C R E A T V R A S *edit miracula.* HOMILIA L.



VIS clausit portas celorum? Elias. An deus erat in eo, qui imperabat etiam pluiae? Qui potestatem habet in celum, is, ut arbitror, insidebat in animo illius: verbumque diuinum per linguam ipsius prohibebat,

ne descenderet pluuiā super terram. Iterum locutus est: & apertæ sunt portæ cælorum, ac descendit pluuiā. Itidem etiam Moses ponebat virgam, & fiebat serpens; & rursus cum loqueretur, erat virga. Accepit cinerem è camino, quem dispersit, & producebantur vlcera; & iterum percussit, & exorti sunt ciniphes & ranæ. Hæcne poterat edere natura humana? Locutus est mari, & diuisum est; fluvio, & conuersus est in sanguinem. Atqui clarum est, quòd in mente ipsius habitabat potētia diuina, ac per Mo-
sem edebat hæc signa. Quî poterat Dauid absque ar-
mis committere bellum cum tali gigante? Itaq; quan-
do Dauid manu proiecit lapidem in alienigenā, ma-
nus dei dirigebat lapidem: ipsaque potentia diuina
interemit illum, & paravit victoriam. Non enim po-
tens erat Dauid, cum esset imbecillo corpore. Iesus fi-
lius Naue cum venisset Iericho, obsedit septem die-
rum spatio, cum suapte natura nihil efficere posset;
at ubi iussit deus, muri sua sponte corruerunt. Et cum
ingressus est terram promissionis, dixit ei dominus,
" Proficiscere in bellum: respondit Iesus, Viuit domi-
nus, non procedam sine te. Porrò quis in conflictu
belli mandauit soli, ut duas alias horas subsisteret? So-
lāne ipsius natura, an quæ illi assistebat potentia? Mo-
ses etiam in bello quod gerebatur aduersus Amalechi-
tas, quando manus in cælum extendebat ad deū, vin-
cebat Amalechitas: cum autem demitteret manus, A-
malech superior erat. Tua verò, qui audis hæc gesta,
mens ne procul abeat: sed cùm illa rerum verarum fi-
gura fuerint & vmbra, eadem tibi ipsi adapta. Nam

quandocunque animi tui manus & cogitationes ex-
tenderis in cælum, dominóque adhærente volueris, co-
gitationibus tuis Satanás inferior erit. Et quo pacto
diuina potentia ruerunt muri Iericho: ita nunc etiam
vitiorum muri, qui mentem tuam impediunt, vibés-
que Satana, hostes denique tui virtute diuina perden-
tur. Hunc in modum vmbra legis vigente virtus diuī-
na continéter aderat iustis quæ manifesta peragebat
miracula: & interius apud eos habitabat diuina gra-
tia. Nec aliter operabatur in prophetis, quorum ani-
mis suppeditabat spiritum prophetandi, dicendique
mundo res insignes, cum exigeret vtilitas. Siquidem
non passim loquebantur, sed quando placebat ei qui
in ipsis erat spiritui, facultas nihilominus semper ad-
erat. Quocirca si tam copiosè effusus est in vmbram
spiritus sanctus, quanto vberius in nouum testamen-
tum, in crucem, in aduentum Christi: quādo facta est


- Noel.* " effusio & ebrietas spiritus? Effundam enim, ait, de spi-
2. g. " titu meo super omnem carnē. Hoc est, quod ipsem est
Act. 2. c dominus inquit, nempe, Vobiscum sum usque ad con-
Matt. " summationē seculi. Omnis enim qui quærit, inuenit.
28. d. " Si enim vos, ait, cum sitis mali, nostis bona dona dare
Matt. " filiis vestris, quāto magis pater vester qui in cælis est.
7. b. " dabit spiritum sanctum petentibus se cum virtute &
certitudine summa secundum apostolum? Cæterum
ista modo, tempore, labore non modico, patientia, at-
que erga deum dilectione comparantur, dum, ut di-
ximus, organa animæ sensitiva exercentur ad bonum
& malum, nempe tam machinis, circunventionibus
ac multiplicibus circumstantiis & insidiis vitiorum,


quam diuersis gratiarum donis, variisq; subsidiis opera & virtute spiritus accendentibus. Nam qui perspicit cicatrices vitiorum, affectionibus polluentes interiorem hominem, & non agnoscit in se opitulationes sancti spiritus veritatis, corroboratam infirmitatem suam, ac renouantem animam in exultatione cordis, hic sine discretione graditur, ignorans planè multiformem dispensationem gratiæ pacisque diuinæ. Et ediuerso, qui adiuuatur a domino, & affluit lætitia spirituali, ac donis cœlestibus, si arbitretur se non amplius obnoxium peccato, occultè decipitur: ut qui non habent facultatem discernendi subtilitatem vitiorum, nec intelligat incrementum pueritiæ atque perfectiōnem in Christo paulatim fieri, utpote ministratione sancti diuinique spiritus. Gloriam tribuamus patri, & filio, & spiritui sancto, in secula. Amen.


EXCV.DEBAT GVIL. MORELIVS, IN GRÆCIS TYPO.
GRAPHVS REGIVS, LV-
TETIÆ PARISIORVM,
M.D. LXII. CAL.
MAIAS.











260

